





L 392

273







SCENICAE ROMANORVM POESIS

FRAGMENTA

RECENSUIT

OTTO RIBBECK

VOL. II

COMICORVM LATINORVM RELIQUIAE



LIPSIÆ

SYMPTIBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV

COMICORVM LATINORVM

PRAETER PLAVTVM ET TARENTIVM

RELIQVIAE

RECENSIT

OTTO RIBBECK



LIPSIÆ

SVMPTEBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV

L 392

Nov. 18, 1861
Gray, Fund.

26-104
29

ALFREDO • FLECKEISENO

LVBENS • MERITO

D • D

P R A E F A T I O

Alterum hoc scenicarum reliquiarum uolumen quod tibi, ALFREDE FLECKEISEN, ascripsi, non miraberis spero, ut qui ipse optime scias, quae et qualia singulae totius operis non pagellae tantum, sed fere dixerim literulae docta tua sollertia ad amussim exactae tibi debeant. Et quoniam qui alterum beneficio complectitur fieri non potest quin ipse quodam mutuae caritatis uinculo adligetur, ne absoluto quidem libro paulo sanctiorem ut in memoria ita in bibliotheca tua locum denegatum iri confido.

Atque haec quidem de tuis meritis. Iam quid aliunde in comicos conlatum sit beneficiorum, grato animo recollendum est. Itaque primum ad manum erant eadem, quibus in perpoliendis tragicis usus sum, MARTINI HERTZII copiae ad Gellium et Priscianum spectantes. Praeterea Nonii Bambergensis scripturas CAROLVS HALMVS mecum communicauit, Itatorum quorundam librorum, quorum in Actis Acad. Berol. 1854 m. Ian. p. 45 mentio facta est, auctoritatem hic illic ascui. Eiusdem Halmii liberalitas Ciceronianorum codicum testimonia suppeditauit. Sunt autem nomina illorum haec: Erlangensis uetus saec. X (cf. Halmii diss. de codicibus Cic. Monachii 1850 p. 3, 9) et conlatus a Schneidewino Abrincensis saec. X uel XI incuntis (cf. ibid. p. 12, 55) de oratore, Palatini 1513 saec. XI et 1525 saec. XV (l. l. p. 16, 74, p. 17, 76) de finibus, Vindobonensis saec. X (qui tamen deficit ad II 25 de divin., et ad I 13 de nat. deor.: cf. l. l.

p. VII sq.), Erlangensis saec. XV (l. l. p. 2, 8), Leidenses Vossiani tres 84 86 118 de diuinatione et de natura deorum (nam Palatinus 1519 deficit in I 13 de nat. deor.), Gudianus saec. IX uel X Tusculanarum disputationum (l. l. 7, 28), Duisburgensis saec. XIV (l. l. 2, 6), Erlangensis saec. XV (l. l. 2, 8), Oehlerianus saec. XIV (l. l. 4, 11), Gudianus saec. XIII (l. l. 7, 26), Bernensis 702 saec. X et XI (l. l. 10, 43), Pithocanus, Vindobonensis, Leidenses tres Paradoxorum, Rhenaugiensis saec. XI (l. l. 11, 48) Catonis maioris, Laurentianus 52, 1 pro Roscio Amerino, Parisinus 7794 saec. IX (l. l. 13, 62), Bruxellensis 5345 saec. XII (l. l. 14, 65), Erfurtensis pro Caelio. Quibus accessit tua, ALFREDE FLECKEISEN, diligentia conlatus ad Laelium et Catonem apparatus locupletissimus: Gudianus 335 saec. X (l. l. 8, 29), Monacensis Lat. 15964, olim Salisburgensis saec. XII (l. l. 5, 17), Monacensis Lat. 4611, olim Benedictoburanus saec. XII (l. l. 5, 13), Vindobonensis 316 saec. XI, Augusteus 51, 12 saec. XII (l. l. 8, 30) ad Laelium; Salisburgensis et Benedictoburanus, quos supra appellauimus, Parisinus 6332 saec. X (l. l. 12, 56), Gudianus 2 saec. XIII (l. l. 7, 25), Oehlerianus saec. XIV (l. l. 4, 11), Monacensis Lat. 7809, olim Inderstorfensis saec. XIII (l. l. 5, 16) ad Catonem maiorem. Donati ad Terentium uarias scripturas ex libris manuscriptis Parisiensi Lugdunensi Dresdensi Gandauensi atque ex antiquissimis editionibus Romana anni 1472, Veneta anni ut uidetur 1473, Mediolanensi a. 1476, Taruisina a. 1477 excerptas humanissime commodauit LVDOVICVS SCHOPEN. Varronis de lingua Latina codicem Florentinum ab Henrico Keilio denuo conlatum meo nomine inspicere iussit LEONARDVS SPENDELIVS, inde autem transcripta iterum cum Keilii notatis diligenter contulit Halmsius. Ipse denique HENRICVS KEILIVS Charisianas lectiones transmisit, et Diomedis notationes ad Parisini 7494 et Monacensis, Prisciani de metris locos ad fidem codicis Reg. 1709 excussos.

Exoptatissimum laboris adiumentum contigit mihi GVS-TAVI BECKERI facilitate. Nam cum in conficiendo indice uerborum aliis distentus negotiis non ultra literam F progressus essem, reliqua omnia sedula et gratissima, qua etiam in tragicis mire leuatus sum, fratris Leonis opera in schedulas coniecta docti illius iuuenis manibus commisi, qui suasore et sponsore Friderico Ritschelio totam illam farraginem transcribendam ac disponendam suscepit, ex Publii Syri autem sententiis ipse suo arbitratu elegit, quidquid notitia dignum uidebatur. Quo munere ut strenue et expedite functus est, ita non nostris tantum angustiis, sed ipsis bonis literis non nihil profuisse existimandus est.

Restant quaedam uel excusanda uel corrigenda uel addenda. Ac primum quidem meo iure fecisse mihi uideor, quod Ennii quattuor uersus Ambraciae nomine inscriptos, quos ad comicum genus pertinere olim Columna suspicatus est, non recepi. Dubitare uideo etiam Ioannem Vahlen (Proleg. Enn. p. LXXXI): ego uero nullus dubito, quin Ambraciae a. V. 565 oppugnationem, cui Fuluii Nobilioris contubernalis ipse adfuerat, praetexta fabula inlustrauerit poeta. Itaque Naeuius et Pacuuius et Attius, qui Romanorum res gestas scena decorauerunt, quartus accedit Annalium et Scipionis scriptor: et profecto mirere a ciue patriae amantissimo nobilissimum id patriae poësis genus neglectum esse. Sunt autem frustra Ambraciae fabulae praetextae haec:

I

. per gentes esse cluebat ómnium misérrimus.

(Nonius p. 88, 1 'cluet, nominatur . . . Ennius Ambratia: per' e. q. s.)

II

. . bene monés! tute ipse? — Cúnceto. — Vide fortém uirum!

(Nonius p. 469, 25 'cunctant pro cunctantur . . . Ennius Anbrachia: bene' e. q. s. cuncto *Bamb. W* cunctato *ceteri libri cunctas antecedentibus adiunctum Bothius 2, item Vahlen*)

III

. agros audacés depopulant sérui dominorúm minis.
 (Nonius p. 471, 18 'populat est et passium populatur . . .
 Ennius Ambracia: agros' e. q. s. minis] dominis *libri*
nimis Halmius, quod ualde placet. Maiora motiuntur alii, uel-
ut: audácés depopulánt agros Serui dominorum dómínis
Ioannes Vahlen, audaces serui depopulant agros Domino-
rum dómíni Bothius 2. Sed quid sibi uelint isti dominorum
domini, non intellego)

IV

. . et acuqúra salsa ueges ingentibus uentis.
 (Nonius 183, 3 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum
 est . . . Ennius Ambrachia: et' e. q. s. uestis *W*)

Hexametrum etiam in Melanippae reliquiis (IV) habes,
 quamquam et de anapaestico carmine cogitari:

o o - o et acuqúra sálssa ueges

Ingéntibus uentis

et qui audacius consulturus sit, omne crimen Nonii scribis
 imputare possit, qui uelut sic scripta: 'Ennius an[natium . . .]
aequora' e. q. s. '[idem] Ambracia . . .' uel: 'Ennius Ambracia
 [. . . idem annatium . . .] *aequora*' e. q. s. leui manu trunca-
 uerint. — Eiusdem poëtae quam Vahlen dixit Cupuncula
 nescio an probabilius dicenda sit Caupuncula indicio
 Glossarii Amploniani a Fr. Ochlero editi (Jahnii Ann.
 Suppl. XIII p. 285): 'caupo *caupuncula*, tabernarius taberna.'
 et Labbaei Gloss. p. 154 'caupona, taberna . . . *caupuncula*.'
 Quod nisi fallit, tabernariae quoque fabulae auctor uidetur
 habendus esse 'multiformis' Ennius.

Lupum Naeuii, si in liquido adhuc res esset, prae-
 textis fabulis adponere non amplius haesitarem: contra ad
 Saturnios ut reiciendüs uideatur Inc. fab. II, ne Ioannes Vah-
 len quidem persuasit, qui nuper (Cn. Naeuii de bello Pun. rel.
 p. 16) I. V. Franckii suspicionem probauit, uersu illo intellegi
 'Claudium Gliciam sortis ultimae hominem, qui coactus ab-
 dicare se magistratu postea ludos praetextatus spectauit'
 (anno V. c. 555 Liu. XIX per.). Sed si coactus erat abdicare

magistratu, non poterat in ludis postea dictatoris munere fungi, quale aperte innuitur his: *dictator ubi currum insidit, peruehitur usque ad oppidum*. Quod quam apte in bellicum carmen inductum fuerit, nolumus quaerere accuratius. Sed certe quoniam ludorum faciendorum causa saepius dictatores creabantur, uelut deuictis Samnitibus a. 432 (Liu. VIII 40) et ipsa Naeuii aetate a. 546 (Liu. XXVII 33): facile, ni fallor, in comoedia eius magistratus mentio inici poterat. Recepta autem *insidet* forma, quam suasit Fleckeisenus, ne in numeris quidem erit quod offendant.

Modo eadem facilitate Bentley in Hor. serm. II 3, 183 praeceptum in emendando Caecilii uersu 69 seruare licuisset! Quamquam uel sic fortasse ne a truncatis quidem abhorrere debebam talibus:

. quae narrare inepti est
 Scutrâ feruenti quin machaëra
 Licitâri aduersum aënum coepisti sciens? . . .

Quintiporis Clodiani, quem in poetarum indice enumerare satis habui, expectes frustum aliquod extitisse in Varronis epistula ad Fufium. Qui cum poetae illius fecunditatem siue forias iterum tetigisset, haec adiecit (Non. p. 117, 5): ‘ac poemata eius gargaridians diees’ — iam quis non ipsius Clodiani uerba expectet? Sed sequuntur: ‘o fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus hunc diem’ (Non. 425, 18), quae sunt Terentii ex Phormione V 6, 1. Itaque nisi forte credendus est Clodianus furatus esse hunc locum ex Terentio atque eam ob causam male mulcari a Varrone, certe in aliquam contentionem utriusque ars uideatur uocata esse.

Ceterum uel ex hoc exemplo nascitur excusatio, quod ex Varronis Agathone prolata quaedam (Pall. inc. inc. LXXIX) comoediae ascripsi. Quid? quod dubitauit an non ipsum Varronem inter comoedos recensere deberem non tam propter illud cum Clodiano certamen, cui tragoediis fortasse satis factum est, quam propter quattuor uersus, qui certe

fiunguntur in scena pronuntiati esse. Seruantur illi apud Nonium p. 325, 16: ‘ignoscite rursus noscite uel discite. Varro Gloria *περὶ φθόρον*:

Vosque in theatro qui uoluptatem auribus
Huc aucupatum concucurristis domo,
Adeste et a me quae feram mi gnoscite,
Domum ut feratis ec theatro literas.’

(1 uoluptatem *Junius* uoluntatem *libri* 2 concucurristis *Scaliger* concucurristis *libri* 3 et a me *Carrio* est a me *libri* feram mi gnoscite *Oehlerus* feram ignoscite *libri* feram gnoscite *Tossius* 4 ec] et *libri* e *vulgo*)

Quod theatrum quale fuerit, melius intellexeretur, si paulo plus ex satura illa extaret. Nunc nihil super est praeter choliambos duos hosce:

Tum denique, omnis cum lucerna combusta est

In lucubrando oliuitasque consumpta est —

quibus confirmatur sane, quod in prologo illo promittitur, de literis lectores edoceri.

Pall. inc. inc. LVII scriptum exhibetur: *hosticapas*, quod cum ad pinnirapi similitudinem *hosticapus* correxissem, nunc *hosticapa* potius faciendum fuisse intellego non solum auctoritate Thesauri nou. Lat. 277, ubi est: ‘*hosticapa*, qui hostem capit’, sed etiam analogia motus nominum *aduena auriga conuiuia incola incuba* (Isid.) *Veneripeta cornupeta* (Labb.) *assisula* (Plac. 435) *herescinda* (Thes. 275) *heredicapa* (Thes. 275) aliorum quae pariter a tertiae coniugationis uerbis ducta sunt.

Titinii quem posui Camensem cursorem (inc. fab. XVIII) nunc uideo carensem potius dicendum fuisse auctore Placido β 556: ‘carensis, pistoribus’ (*tege pistorius*) ‘a caria quam Oseorum lingua panem esse dicunt’ (‘quod Afrorum l. p. esse dicimus’ a 448). Item quod in Festi codice est: ‘formaster frigidus’ mutatum ab Hermanno, qui de fornace cogitauit, in fornaster, rectissime se habere docent Placidi 462 et Isidori notatio-

nes, quorum ille: '*formastro*, opere pistrino', hic: '*formastrum*, opus pistrinum'. Cf. quae de adiectiuo *formum*, quod est calidum, Paulus Festi p. 83 u. forma, 84 u. forcipes, 91 u. formucapes, Placidus 462 u. formum, Nonius 531, 28, Donatus in Ter. Phorm. I 2, 57, Schol. Veron. in Verg. Aen. IV 149, Seruius in Aen. VIII 453 testantur. — Omisi Labbaei glossam: '*aptra*, ἀμπελόφυλλα ὡς τινίνιος', quae Salmasius in Plin. p. 101 sic emendauit: '*apiastra*, τὰ μελισσόφυλλα.'

Attae inc. fab. III quod ex libro ms. Oxonio de rer. nat. rettulit Iac. Gronouius, item ut Pacuuii inc. fab. XXXI et uersus 13 particulam apud Isidorum de nat. rer. c. 44 p. 1014 Mign. legi docuit Ioannes Vahlen ad Cn. Naeui de bello Pun. inc. libr. rel. V.

Afranii Vopisc. XX, 381 sqq. prope accedunt ad Menandri inc. fab. C haec: ἔν ἐστ' ἀληθὲς φίλτρον, εὐγνώμων τρόπος. Τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή. Versus 90 pro clausula haberi potest, qualem Marius Victorinus p. 2524 P. (105 G.) et qui uerba eius descripsit Rufinus de metr. com. p. 2708 P. (381 G.) indicant: 'quod uero ad clausulas, id est minuscula cola pertinet, quot genera uersuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt, et solent in canticis magis quam diuerbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari et praecipue apud Plautum et Naeuium et Afranium. Nam hi maxime ex omnibus membris uersuum, colis ab his separatis, licenter usi reperiuntur in clausulis.' — In numerandis Afranii uersibus nollem accidisset, ut qui est 331 diceretur 330: itaque et hic et qui infra sequuntur numeri pari ratione corrigendi sunt.

Apud Pomponium u. 163 lege: cuiusuis. Inc. fab. VI etiam in Thes. nou. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 416) extat: 'a pinso . . . haec pinsa, ae, i. scacella cum qua pasta maceratur, unde quidam poeta: neque pinsis pinsui neque palatis molui.' Ita etiam ad Naeuii Tarent. II neglexi Gloss. Amplon. (l. l. 254): 'et componitur

adnicare i. cum palpebris innuere . . . Plautus: alii adnecat, alii adnecitat.' (Cf. Plac. in A. Mai auct. class. III 434: 'adnecitare, adridere inuitare' et VI 554: 'adnecitare, inuitare arridere.') Sed in uniuersum consulto ea glossographorum testimonia tacui, quorum fons ipse, unde deriuata sunt, nobis non minus patet quam illis, uelut Placidi p. 447 aliorumque (cf. Hildebrandus in Gloss. Par. p. 46): '*cassabundum*, dubitantem titubantem' (Naeu. 120), quae Varroni, Thesauri nou. Lat. 276 *hamotrahonum* (Pall. inc. inc. LVIII) interpretatio, quae Festo, Labbaei glossae: '*biber*, τὸ πιεῖν' (Titin. 78), quae Charisio, et: '*dapalis coena*, λιπαρὸς' (Titin. 135), quae Nonio uel eius auctori alicui debentur.

Laberio non redditos esse 'molliculos' quosdam uersus 'felici casu conseruatos' nescio an indignaturus sit Schneidewinus. A quo antequam ueniam rogem, ipsam causam ceteris breuiter narrabo. Nam ad Martialis locum (VI 55) hunc: 'quod semper casiaque cinnamoque Et nido niger alitis superbae Fragas plumbea Nicerotiana' e. q. s. (cf. X 38, S XII 65, 4), ad ea est Domitii Calderini in ed. Veneta a. 1474 adnotatio, quam descripsi: '*nicerotes pinguentarius sirus fuit. laberius Et quaecunque sirus nicerotes solet: et quicquid croci cassiaeque cinamigue Vdus caesareae spirat delicatus Arabs: hoc totum uobis nunc ad scenam affero.*' A quibus paulum diuersa posuit Ianus Gruterus: 'Nicerotiana quis non novit? meminit eius vocis etiam poeta Laberius in versibus molliculis, quos nondum arbitror publicatos; certe non comparent inter fragmenta poetarum. Sic se autem habent: *et quaecunque Syrus Nicerote solet . . . casiaque cinnamigue . . . caesarie . . . nunc ego ad coenam adfero.* Descripsi ex codice Modiano' (scripto a. 1468 Romae), 'quem quartum nominare soleo.' Eadem postquam castigatiora exhibuit Scriuerius p. 147: 'ascribam eosdem et ego, sed aliquanto castigatiores: *et quaecunque S. Nicerotes olet . . . ad scenam adfero*', Schneidewinus, qui sepulta in

lucem reuocauit Mus. phil. II p. 632 sqq., sic emendanda putauit:

. . . et quaecúnque Nicerós Syrus
 Olet ét quicquid crocí casiaequé cinnamíque
 Vdús caesarie spirát delicátus Arabs,
 Hoc tótum uobis núnc ego ad scenam ádfero.

Sumpta autem esse ex prologo aliquo suspicatur. Sed anapaesti pro iambo in senarii pede sexto positi exemplum quale est 'delicatus Arabs', frustra in Romanorum poësi quaeras, nec secundi uersus numeri elumbes Laberii rotundum os sonant. Verba insulsa et undique compilata: 'casiaequé cinnamíque' ex ipso Martiale, delicatum Arabem Catullus qui 'Arabes molles' dixit (11, 5) commodare poterat, cothurnata uox 'caesaries' in mimo ineptissime usurpata, ultima denique dimidiatum genuini prologi uersiculum: 'quid ad scenam adfero' (119) repetunt. Iam uero si ab omni emendandi conatu, quoniam eleganter emendari ista non possunt, abstinueris, aliam profecto legem obseruatam uidebis. Sunt enim haec:

et quaecunqué Nicérotés Syrus olét
 et quicquid crocí cásiaéque cinnamíque
 udús caesarie spirát délicátus Arábs,
 hoc tótum uóbis núnc ad scénam ádferó.

Politici igitur uersus sunt, prodierunt autem, ni fallor, ex Nicolai Perotti fabrica, qui 'emendari a suo ceteros codices passus est', nec emendauit solum Martialem, sed etiam interpretatus est. Eius autem lucubrationes et in editionem Romanam 1473 et in ipsum codicem Modianum, unde descripsit nostra Gruterus, deriuatas esse docuit Schneidewinus Proleg. in Mart. p. XXV.

P. Syri quae feruntur sententias non licere praeteriri in hoc corpore cum satis intellegerem, tamen inpetrare a me non potui, ut iustae omnibusque numeris absolutae recensitionis munus fastidiosissimum susciperem. Disci enim quae accuratius excussis argutiolis istis possent, admodum pauca prouidebam. Itaque noua librorum manu scriptorum

auxilia non circumspexi, sed id tantum operam dedi, ut ad suos quaeque auctores relata componerem et recognoscerem quodam modo, quae per uaria exemplaria dispersa sunt. Tantumque abest ut suos 'lauros et currus' inuideam Iano Grutero, qui 'nulli parcens labori uiginti annorum lucubrationibus' 'nudis' ut ipse profitetur 'Gratiis' et 'Amorum matre' adiutricibus 'morum' illum 'magistrum sustulit lauit fouis finxit aleiptica minime poenitenda': ut eius diligentiae libenter acceptum referam, quod ueterum auctorum libros ad indagandam singularum sententiarum originem religiosius perscrutari fere potui supersedere. In cribrandis et discriminandis uersiculis poteram fortasse seuerior esse: sed quod peccaui in ea re, mihi peccaui, non ut alios in errorem mecum inducam.

Ex Tutore mimo (p. 311), quem laudat Cicero de or. II 64, 259, fortasse ea ipsa sumpta sunt, quae ibidem paulo post adferuntur ridicula anon. mim. V et VI: pertinent certe ad id iocorum genus, 'cum ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare.' Leuiculum est, quod poteram (anon. mim. XVI) parasitorum Apollinis dictum numeris describere: 'sálua rest, cantát senex': prouerbiū *omnia secunda, saltat senex* adfert Seruius in Verg. Aen. III 279. Glossis mimicis quaedam adiciendae sunt:

XXV

'in mimo, ingluuiae, quod tantum ad mimarios et mimographos pertinet.' Gloss. Amplon. 339

XXVI

'choragium' (toragium *Vat. β* 583, *Pap. thoragum* *Gloss. Paris., corr. Hildebrandus*), 'ornatus mimicus' *Vat. β, Papias, Gloss. Paris., ubi additur: 'id est tiara', quae suspecta sunt Hildebrando*

XXVII

'monopticus, mimus . . .' (mimus thymelicus *Voss.*) *Isidorus*

XXVIII

'ludosi, mimosi . ludos, mimos' *Vat.* 532

XXIX

'podarius, inter mimos' *Isidorus*

XXX

'exodiarius, in mimis turpitudine delectabilis' *Plac.*

β 561

Denique quod anon. mim. XVII positum est: catacarisia non inprobabiliter Hildebrandus Gloss. Par. p. 44 correxit: 'catae carisae': similiter enim in Thesauro nou. Lat. p. 152 explicatur 'cata puella, docta puella'.

Quae ex glossariis ueteribus excerpta adiunxi, ea mente posui, ne, quae possent ad scenicam poësin aliqua suspitione referri, deessent, non quo omnia inde desumpta esse quouis pignore sponderem. Quod si alia omittere, alia fortasse etiam adicere potuisse arguar, 'feram id quoque', sed omnium optime merebitur, qui integrum antiquioris sermonis glossarium, id est glossarum antiquarum thesaurum diligenter ac prudenter contexere animum induxerit. Cui desiderio num satis facturus sit Hildebrandus, dies docebit: glossarium Parisinum quod nuper edidit aegre ferimus longe minima ex parte huic studiorum generi prodesse. Certe quod ad nostrum consilium spectare uideretur, noui nihil ibi repperi, aliunde nota pauca quaedam. Sunt ea haec: 'abiugasse, abige alienasse' p. 2, 'alacrimonia, laetitia' p. 6, 'mulcatores, peremptores' p. 212, 'murgisso, callidus murmurator' p. 214, 'nario, subsannans' p. 215, 'terriuola, formidolosus' p. 283, 'uagurrit, per otium uagatur' p. 288, 'uorre, edaces clones' p. 289, 'casnar, senex' (Atell. inc. VII) p. 44, ad quae omnia sunt adnotationes Hildebrandi conferendae. Vnum praeterea ibidem extat: 'clingit, cludit' p. 55, quod cum in Excerptis male temptauerim inmemor Pauli p. 56 M., qui 'clingere cingere a Graeco *κλωῦν* dici' Festo auctore docet, ne recipienda quidem erat uocula illa in ceterorum numerum. Contra speciem tantum testimonii mentiri uidetur locus p. 271:

‘*simil*, una pariter’ (cf. Naeu. 60 Titin. 34 Non. 62), ubi facillime restituas *simul*. Nec opus est eius modi fulcris formam analogia satis defensam sustentare; cui si obtemperasset Ioannes Vahlen, ne in Ennio quidem (Ann. 329) parum probabilem scripturam *debilo homo* seruare quam a Lipsio correctum *debil* aspernari maluisset.

Desiderio quorundam ut Tragicarum reliquiarum etiam addenda adicerem, quamquam inuitus tamen satis faciendum censerem, si rerum aut ab aliis monitarum aut a me ipso sero intellectarum copia et grauitas tanta esset, ut quae uix tribus abhinc annis edidi, iam nullo modo stare posse uiderem. Sed cum admodum pauca sint, quae mutari uelim, additamentorum autem opinionumque numerum numquam tam integrum complecti possis, ut nihil noui postea accrescat, satius duxi ea tantum eligere, quae uel ipse interim paulo grauiora inuenerim uel alii idoneis argumentis persuaserint.

L I U I V S A N D R O N I C V S

A I A X M A S T I G O P H O R V S

I I

Virtute laus praestatur, set multo ocius

Vento et gelu tabescit.

Nonius 207, 23 ‘gelu neutri generis. Titus Liuius in aiace mastigho foro’ (ita *Vrbinas* 308, Titus Liuius pisi — *corr. ex ipsi W* — adtacematico foro *ceteri libri*): praestatur uirtuti laus gelu set multo ocius uenio’ (uento *Bentinus*) ‘tabescit.’ Cf. Soph. Ai. 1245 sqq.: uide Acta Acad. Berol. 1854 m. Ian. p. 46

Q. E N N I V S

V. 115 nam si improbum esse Crésphontem olim existimas Fleckeiseno auctore Ioannes Vahlen fortasse elegantius: eadem omisso olim libri optimi.

Iphigenia VIII: Donatus in Ter. Adolph. III 3, 32 ‘quod ante pedes modo est uidere] hoc sumpsit poeta de illo in physicum peruulgato Achillae’ (‘ancillae’ uulgo)

‘dicto: quod est ante pedes, non uidet: caeli scrutatur plagas.’ Seneca de morte Claudii 8, 3 ‘quid in cubiculo suo faciat, nescio: et iam caeli scrutatur plagas? deus fieri uult?’ quae uideo non praeterisse Ioannem Vahlen; ‘Achillem’ autem Schopenum quoque agnouisse narrat idem praef. XIII

Med. I v. 205: cf. Phaedrus IV 7, 5 Dr. ‘et in cothurnis prodit Aesopus nouis. Vtinam nec umquam Peli nemoris iugo Pinus bipenni concidisset Thessala! Nec ad professae mortis audacem uiam Fabricasset Argus opere Palladio ratem’ e. q. s.

V. 286: Phaedrus III epilogo 34 Dr. ‘ego quondam legi quam puer sententiam: palam mutire plebeio piaculum est, Dum sanitas constabit, pulchre meminero.’

Inc. nom. LVI recte in Annales (161) reiecit Io. Vahlen emendata in hunc modum: somnia uera aliquot, uerum omnia nocent necessesse auctore H. Ilbergio. Reliqua quae in nuperrima Ennii editione noua proferuntur partim leuiora (uelut formae uidei u. 87, euitarei u. 88, prohibesseis u. 239 ex librorum indicibus erutae) partim ambigua partim meo quidem iudicio sunt reiectanea.

M. PACCVVIVS

ANTIOPA

XVI

illuue córporis

Comá promissa inpéxa glomerata hórrida.

Scholiasta Persii sat. 1, 77 ‘Antiopam uerrucosam Persius dicit quae apud Dircen in squalore fuit seruitio oppressa: sic illuue corporis et coma promissa impéxa conglomerata horrida’, in quibus Pacuuiana agnouit Otto Jahnius Ephem. archaeol. 1853 p. 77, uerba poëtae emendauit M. Hauptius.

V. 411 a Varrone in epistula ad Caesarem intellegi monuit Roeperus Philol. IX 276. Feruntur autem illa apud

Nonium 423, 6 sic: 'interea prope ad occidentem solem [in]horrescit mare. Ex inc. fab. LXI: Labbaei glossa 'appa, εἶδος σκεύους, ὡς πακούβιος.'

L. ATTIVS

Inc. fab. X iam Lachmannus de Sotad. 7 rectius inter Sotadeos rettulerat: unde omnia p̄rdisci ac p̄rcipi queúntur.

Dabam Elberfeldae mense Martio a. CICIDCCCLV

FABVLA PALLIATA



LIVIVS ANDRONICVS

GLADIOLVS

. pūlicesne an cīmices
'An pedes? respōnde mihi.

LVDIVS

Córruit quasi íctus scena. — Sícine? — Hau multó
secus.

VERPVS

. . ornamento incedunt nóbiles ignóbiles

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

5

Bibí lusi

affatim édi

Livi Gladiolus. *Ἐγγιστόδιον* Menandri Philemonis Sophili affert Duentzerus, idemque militi de hostium caede gloriauti his responderi probabiliter coniecit Festus p. 210 M. 'pedes autem pro pediculis — — Livi in Gladiolo: pulicesne' e. q. s.

Livius Festus p. 330 M. 'scenam genus [fuisse ferri] manifestum est, sed utrum securis an dolabra sit, ambigitur. quam Cincius in libro, qui est de verbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Lyvius' (teste H. Keilio Mus. phil. VI 625) 'in Lydio: corrui' e. q. s. Cf. idem p. 318 'scena ab alis, a quibusdam sacena' ('seceua' conl. Gesnerus) 'appellatur, dolabra pontificalis.' De uocali y disputavit Ritschelius Monum. ep. tr. p. 26 sqq.

Verpus Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per e litteram — — Livi in Virgo: ornamentum' e. q. s. (leuius cod. Virgine Scaliger Virga conl. Menandri *Ῥαπιζομένη* proposuit Duentzerus. Virbio quod in Klotzii Horr. phil. XII 136 olim coniecerat Klussmannus, ipse de Liu. Andr. p. 26 temerariam fuisse dicit opinionationem. An Vargo?)

Inc. nom. rel. I Paulus Festi p. 11 M. 'affatim dictum a copia fatendi, siue abundanter. Livi: affatim' e. q. s. 'Terentius affatim dixit pro eo, quod est ad lassitudinem.' Sed Terentius eo uocabulo usus non est. Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 56 'affatim, abunde, oipare. Livi: affatim' e. q. s. Scaligero Homeri Odys. XV 372 ex-

3 ictus scena haut *cod.* 4 ornamentum incendunt nobili ignobiles *cod.* ornamento incedunt gnobiles ignobili *O. Muellerus* ornamento incedunt gnobili, *om.* ignobiles, *Scaliger* 5 edi bibi] aedibus *Thesaurus* 6 lusi ueretris *R. Klotzius Horr. phil. XII 320*

II

uecorde et málefica

Vacérra

III

Vopiscus de Numeriano 14 'ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt, ut eos faciant uetera dicta usurpare. Nam et lepus tute es et pulpamentum quaeris' (Ter. Eun. III 1, 36) 'Liuii Andronici dictum est, multaque alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.'

Q. E N N I V S

CVPVNCVLA

hinc est ánimus propitiábilis.

PANCRATIASTES

I (2)

Quis ést qui nostris fóribus tam protéruiiter —?

II (3)

Cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

III (1)

Quo núnc me ducis? — 'Vbi molarum strépitum audibis máximum.

pressa uidentur II Festus p. 375 M. 'uacerram Aelius et alii complures uocari aiunt stipitem, ad quem equos solent religare. Ateius uero Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, ut sit uecors et ue-sanus teste Liuius, qui dicit: uecorde' e. q. s. Homeri Odys. II 243 Scaliger, XVII 248 G. Hermannus Elem. 626 expressum putat

Enni Cupuncula Nonius 153, 31 'propitiabilis a propitiando. Ennius Cupiuncula: hinc' e. q. s. (Cupuncula Ioannes Vahlen Capeduncula Bentinus Caprunculo Bothius conl. Paulo Festi p. 48 'caprunculum uas fictile.' Cf. etiam Varro de L. L. V 121 'capis et minores capulae a capiendo, quod ansatae ut prehendi possent, id est capi.')

Pancratiastes (Alexidis Theophili Philemonis) I Nonius 513, II 'proteruiter. Ennius Pancratiaste: quis' e. q. s. Confert Bothius 2 Plauti Trucul. II 2, 1 II Nonius 517, 15 'desubito ... Ennius Pancrasiaste: cum' e. q. s. (Pancrasiastę Bamb.) III Nonius 506, 2 'audibo pro audiam. Ennius Telamone ... idem Panchratiastis: quo' e. q. s.

7 uecors *Scaliger* 8 uacerra *Scaliger* uecordia *cod.* . . .
uecórde et málefica uacerra *numeris Saturniis Hermannus*

I huic *edd.* 2 qui *W* 4 dicis *Bamb.* molarium *W* molarum, *superscr. i, Leid.* molariam *Bamb.* audiuis *Bamb.*

C N. N A E V I V S

ACONTIZOMENOS

I (1)

Acóntizomenos fábula est primé proba.

II (2)

Huius áutem gnatus dicitur geminum álterum
Falso óccidisse.

III (3)

Súpplicio noctu interfecit

AGITATORIA

I (6)

5 . age ne tibi me áduorsari dicas, hunc unúm diem,
Demea, obsequós sinam ego illos ésse. — Taxpax. —
Póstea

Cúrrenteis ego illos uendam . . nisi tu uiceris.

II (1)

Quasi dédita opera quae égo uolo, ea tu nón uis,
quae ego nolo, éa cupis.

Naeui Acontizomenos Cf. *Ἀκοντιζόμενος* Dionysii, *Ἀκοντιζομένη* Antiphanis I Charisius II p. 188 P. (125 L.) 'prime: Naeuius in Acontizomeno: Acontizomenus' e. q. s. (Naeuius edd. Plautus cod. teste H. Keilio) II Charisius II p. 179 P. (118 L.) 'falso: Naeuius in Acontizomeno: huius' e. q. s. III Charisius II p. 185 P. (123 L.) 'noctu diuque: Sallustius historiarum secundo: noctu diuque stationes et uigilias temptare. At uero Titinius ... noctu diuque ... Naeuius in Acontizomeno: sulphicii n. i.' (temptare Sulpicii. At uero Titinius ... Naeuius in A. noctu i. Hermannus Opusc. V 262 acotizomenos cod.)

Agitatoria I Charisius II p. 213 P. (142 L.) 'tax pax: Naeuius in Agitatoria: age' e. q. s. II Charisius I p. 177 P. (116 L.) 'dedita opera declinari quidem ut nomen potest, sed tamen uim aduerbii retinet.

I Acontizomenus *cod. De terminatione in os uide Ritschelium Mus. phil. IX 17* 2 alterum *edd. altrum (i. e. alterrum) cod. teste H. K.* 4 sulphicii *cod.* 5 tibi me *cod. tibi mihi ed. pr. te mihi Fabricius, Putschius* me tibi *Gulielmius in Asin. cap. 5, fortasse recte: an tibi mehe?* 6 demeo sequor *cod., sed equos teste Bondamo Var. Lect. 238 obsequos interpretamur 'obsequentes' de meo seruos Bonthius Demea, segnior Westerhouius in Ter. Eun. prol. 36 An tux pax? Cf. Plauti Pers. 265 et gloss. Leid. laudata Bondamo: 'tux pax gratulantis'* 7 nisi tu pretio uiceris *Gulielmius* 8 neuis *Fabricius, Putschius* q ego nolo *cod. teste H. K.*

III (3)

ego sēper pluris fēci

10 Pōtiōremque habūi libertatem mūlto quam pecūniam.

IV (7)

eho, an uicimus? —

Vicistis. — Volop est. — Quó modo, dicám tibi.

V (2)

. . nimio arte cóllo, cur re inquaesita colligor.

VI (4)

Secus si úmquam quicquam fēci, carnificém cedo.

VII (5)

Charisius II p. 204 P. (137 L.) 'atque pro et; Terentius in Adelphis: atque ex me hic natus non est, sed ex fratre. ubi Acron. argute, inquit, nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. Cn. Naevius in Agitatoria, sed et in Tarentilla.'

AGRYPNVNTES

I (1)

15 siquidem uis loqui,

Non pēdocere mūlta, hau longe prómicaanda orátio est.

II (2)

Nam in scēna uos noctúrnoſ coepit praemiatores tollere.

Naevius in Agitatoria: quasi' e. q. s. III Charisius II p. 188 P. (125 L.) 'pluris: Naevius in Agitatoria: ego' e. q. s. IV Charisius II p. 213 P. (142 L.) 'tax pax: Naevius in Agitatoria (I) eho: idem in eodem: eho' e. q. s. V Charisius II p. 186 P. (123 L.) 'nimio pro nimis. Naevius in Agitatoria: nimio' e. q. s. VI Charisius II p. 195 P. (131 L.) 'secus pro aliter. Naevius in Agitatoria: secus' e. q. s.

Agrypnantes I Nonius 65, 3 'promicare, extendere et porro iacere, unde emicare. Naevius Agrypnuntibus: siquidem' e. q. s. II Nonius 150, 22 'praemiatores, nocturni praedones. Naevius Amnagreinnuntius: nam' e. q. s. (Agrypnuntibus Junius)

12 uolop quomodo *cod.* uolupe est. quo modo? *Bothius De bisyllaba uolup forma disputavit Ritschelius Mus. phil. VII 319* 13 colligōbeurre inq̄sita colligor *cod.* teste *H. K.* colligor! cur r. i. colligor? *Bothius* 15 uis loqui *Bothius* loqui uis libri 16 haut *Bothius* 2 (*Mus. Rhen. V 269*), om. libri *Interrogandi signo defungitur Klusmannus* 17 praemiatores libri: cf. *Turnebus Adu. XV 4* *Synecphonesin quam uersus flagitat, non nisi lacuna statuenda*

APPELLA

I (2)

. . . cui cépe edundo óculus alter prófluit.

II (1)

'Ut illum di feránt, qui primum hólitör cepam pró-
tulit.

ARIOLVS

I (1)

20 Leóni si autem déprandi obdas óreas

Appella: haec certe est librorum scriptura, quam seruavi, quoniam de argumento nihil constat. Cf. Labb. gloss. 'appella *λειπόδεσμος*' et schol. net. in Hor. Serm. I 5, 100 I Priscianus VI 2 p. 681 P. (I 225 K.) 'frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Nacuius in Appella: cui' e. q. s. 'Nouius' e. q. s. (Neniuis Amiens. Reg. Sang. Vat. Vind. Grut. Halb. Barb. appella libri eidem apella vulgo) Thesaurus non. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 133 'hoc caepe in singulari i. unio, unde Nacuius: cui' e. q. s. II Priscianus VI 2 p. 681 P. (I 225 K.) 'haec cepae harum cepearum, quamvis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniantur. Nacuius in Appella: ut' e. q. s. (Neniuis Halb. Grut. Amiens. Sang. Vat. Vind. b. Bong. Barb. Neniuis Reg. appella libri apella vulgo)

Ariolus Cf. *Ἀγύρτης* Philemonis, *Μητρογύρτης* et *Ὠλωνιστής* Antiphanis, *Δεισιδαίμων* Menandri, *Μάντρεις* Alexidis. Gellius III 3, 15 'sicuti de Nacuius quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem . . . unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.' Ariolum quendam gentis Corneliae 'futuram magnitudinem et splendorem diuinando praedixisse' ariolatur Klusmannus, nec inprobavit Grauertus Philol. II 218. Probabilius adnotare

effugies, uelut: nam in scéna u. n. e. praémiatorés . . . || . . . tollere *uel*: nam in scéna u. n. coepit tollere || praémiatorés . . . Cf. *Lachmannus in Lucr.* 129 sqq. 18 caepe *Thesaurus, Vat. Vind. Prisciani* cepe *Sang.* coepe *Grut.* edendo *Thesaurus, Amiens. Vind., et*

corr. e ex u Grut. Prisciani oculos *Sang.* 19 di ferant *Bong.* dii ferant, *all. i corr. in ras., sup. †* deferant *Vat.* dii ferant, *all. i corr. ex f, Reg.* differant *Bamb. Amiens. Sang. Vind. b Barb.* differant (*ut tamen in ipsa ras. d fuisse uideatur*) *Grut.* di terant *Putschius* holitor *Vat. Vind. b Barb.* holit^{or} (*sup. m. alt. in ras.*) *Halb.* holitor *Sang.*

holetur *Reg.* holitus *Bong.* olit' *Amiens.* olitr *Bamb.* cepam *Vind.*

20 leoni si autem deprandi] deprandi autem leonis *cod.* deprandi autem leoni si *Vrsinus.* Formam autem deprandi *rectius a nominatiuo* deprans (*ut 'nefrens'*) *deducas quam cum uiris doctis a 'deprandius' uel 'deprandis'* oreas *Vrsinus* oreat *cod.*

II (2)

Quis heri apud te? — Praenestini ét Lanuuii hóspites. —

Suópte utrosque décuít acceptós cibo,
'Alteris inánem bulbam madidám dari,
'Alteris nucés in procliui profúndere.

ASTIOLOGA

25 Hác sibi própica, hac déspica
CARBONARIA

Tibi serui multi ápuđ mensam astant, ille ipse astat,
quándo edit.

poterant in primo uersiculo, qui fortasse prologi erat, poëtam de se ipso loqui uideri. Ceterum Philemonis Ἀγύρτην hac fabula expressam esse coniecturae aliquam speciem affert uersiculus inc. fab. I, cuius similem Philemonis inc. fab. XLV locum exhibuit Klussmannus hunc: οὐκ ἄν δύναιο μὴ γενέσθαι, δεσπότα, ἄνθρωπος ὢν ἄνθρωπος· ἄλλως οὖν βοῶς· Τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πόλλ' ἔχειν ἔστιν κακά. Ea enim quamquam fatendum est etiam alibi inseri posse, uelut in Σικελικῶ (cf. I), tamen memorabili casu optime quadrant in eam quae sola ex Agyrta seruata est eri lamentationem: ὡ πῶς πονηρόν ἐστιν ἀνθρώπου φύσις Τὸ σύνολον· οὐ γὰρ ἄν ποτ' ἔδειθῃ νόμον. Οἷε τι τῶν ἄλλων διαφέρειω θηρίων ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρόν ἀλλὰ σχήματι· Πλάγ' ἐστὶ τᾶλλα, τοῦτο δ' ὄρθον θηρίον. I Festus p. 182 M. 'oreae, freni quod ori inferuntur. Titinius . . . et Naenius in Hariolo: deprandi' e. q. s. II Macrobius Sat. III 18, 6 'nux haec Abellana seu Praenestina . . . inde scilicet Praenestinae nuces. Est et illud apud Naeuium in fabula Ariolo: quis' e. q. s. (ariola Palat.)

Astiologa, i. e. ἡ ἀστειολόγος, assitogiola libri, unde praeter alia etiam astrologa facere possis. Agitatoria Junius. Nonius 155, 25 'prospica et despica, intenta et contempta. Neuius assitogiola: ac' e. q. s. 'potest ergo prospicus et despicius dici.'

Carbonaria. Fidem Prisciani in afferendo Naui, non Plauti nomine, de qua dubitauerat Ritschelius Parerg. I 98, ipse concedit p. 106 posse defendi. Priscianus X 5 p. 894 P. (I 494 K.) 'uetustissimi tamen edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. Naenius in Carbonaria: tibi'

22 — 24 Vulgo continuantur uersus pessimi 22 suoapte Paris. a
Bamb. m. alt. suaapte Angl. Bamb. m. pr. Gud. Salish. Med. a b c 23 bul-
lam Salish. Med. a b bulbum Pontanus madidatam Scriuerius ma-
didantem Scaliger Castig. ad Fest. p. CXV uulua madida quid sibi
uelit explicauit Lud. Janus dare Scaliger 24 in proliuis Cantabr.
in proluuiis Pontanus profundier Scriuerius 25 ac sibi p. ac d.
libri hac tibi p. hac d. Bothius. Cf. Lachmannus in Lucr. 307 26
Trochacos agnouit Ritschelius Parerg. I 98 astant Sang. adstant
Halb. Bamb. Bong. astat Sang. adstat Reg. adstat Halb. Bamb. Bong.

Laudés ago, cum uótis me multát meis,
Quod praeter quam uellem audiebam hoc mi éminus.

IV (Nou. Col. 2)

35 Vbi uidi, exanimabiliter timedus pédibus protinam
mé dedi.

COMMOTRIA

Varro de L. L. VII 54 M. 'in Menaechmis: inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Idem hoc est uerbum in Commotria Naeuii.'

COROLLARIA

I (4)

nólo ego

Hanc ádeo efflictim amáre: diu uiuát uolo,
Vt mihi prodesse póssit.

II (3)

Vltró meretur, quam óbrem amétur: ita dapsiliter suós
amicos

40 Alit.

III (9)

Riuális, salue. — Quid 'salue'? attat táttatae. —
Quid istúe uero 'atatae' te áduertisti tám cito?

IV Nonius 376, 12 'et quoniam non uulli ueterum pro eo, quod protinus est, protinam uel proteuis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt ... Naeuius' (ita W Leid. Gen. Bas.) 'in Colace: ubi ... dedi, id est, pedibus longius fugi.'

Commotria. hoc est Paris. a b, Flor. teste H. Keilio est hoc ceteri Commotria Turnebus Adu. XXIII 16 cemetria Flor. teste H. Keilio, Goth. Haun. cemetria Paris. a comedia Paris. b Cosmotria Aldina Cosmetria Bothius Naeuii Flor. teste H. Keilio

Corollaria Cf. Στεφανοπόλιδες Eubuli. I Charisius II p. 178 P. (117 L.) 'efflictim: Naeuius in Corollaria: nolo' e. q. s. 'ubi Probus: usque donicum effligatur.' II Charisius II p. 178 P. (117 L.) 'dapsiliter: Naeuius in Corollaria: ultro' e. q. s. III Charisius II p. 214 P.

33 multatis libri 34 hoc mihi ennius libri, nisi quod hennius
Leid. hoc mihi éminus ed. 1496 35 timedus libri plerique ta-
medus Gen. Bas. timidus Hermannus Opusc. II 279 protinam
Me dedi Hermannus 36—38 Numeros transponendo pessum
dedit Bothius, non intellexit Khussmannus 39 ultro Meretur Bothius
41 quid salue attat. tattat attate riuális salue cod. 42 quid
istue uero te aduertisti quam. cito cod., sed uero a te ed. pr. uero at
tatae Fabricius, Putschius

IV (5)

. utinam nasum abstulisset mórdicus!

V (7)

. num non uis moneam te unum, si uidetur, quippiam?

VI (6)

45 Nimis homo formidulosus.

VII (10)

st', tace,

Caue uerbum faxis!

VIII (11)

haec demolite!

IX (1)

Varro de L. L. VII 60 M. 'in Mercatore: non tibi istuc magis diuidia est quam mi hodie fuit. Hoc idem est in Corollaria Naeui. Diuidia ab diuidendo dicta, quod diuisio distractio est doloris.'

X (2)

Charisius I p. 177 P. (116 L.) 'confestim ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.'

XI (8)

Charisius II p. 213 P. (143 L.) 'trit Naeuius in Co-

(143 L.) 'attat tatat attatae: Naeuius in Corollaria ...' IV Charisius II p. 184 P. (121 L.) 'mordicus' V Charisius II p. 192 P. (128 L.) 'quippiam' VI Charisius II p. 186 P. (123 L.) 'nimis: Naeuius ... idem in Corollaria: nimis' c. q. s. VII Charisius II p. 214 P. (143 L.) 'st' (ita Fabricius et Putschius, it cod. teste H. K. et ed. pr.) VIII Diomedes I p. 395 P. 'demolio ... Naeuius in Corollaria h. d. inquit.' (Naeuius Monac.) IX hoc eadem est in corollaria Naeuius Flor. teste H. Keilio, Haun. cum ceteris libris hoc idem et in Corollaria Naeuius O. Muellerus et praeunte Spengelio . Cf. Fulgentius 565, 3 'quid sit desiduo. Desiduo dicitur diuturne. Vnde et Varro in Corollaria ait: diuidiae mihi fuerunt tam desiduo abfuisse te.' X Corollaria] cotidio ut falso pro cotidie glossam sequentem sine interstitio in cod. legi testatur H. K.

44 num non uis te moneam unum, si uidetur, quippiam *Putschius, quae unde hauserit non constat.* num quippiam *om. ceteris cod. teste H. K. nam quippiam ed. pr., om. Fabricius* 45 formidulosus est *cod.*

46 st tace *M. Hauptius Philol. I 376 setale cod. teste H. K. et ed. pr. st tale uulgo* 48 demolite *Paris. 7494*

rollaria. Significat autem mut...’ (s. autem uocem murum ed. pr. Reliqua huc non pertinent)

DEMENTES

. . . . animae pauxillulum in me habet.

DEMETRIVS

Varro de L. L. VII 107 M. ‘apud Naeuium in Hesiona . . . in Clastidio . . . in Dolo . . . in Demetrio: persibus a perite, itaque sub hoc glossema callide subscribunt.’ Cf. inc. fab. IX

DOLVS

Varro de L. L. VII 107 M. ‘multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona . . . in Clastidio . . . in Dolo: caperata fronte, a caprae fronte.’ (doloreste cod. B Spengelii)

FIGVLVS

Charisius II p. 186 P. (123 L.) ‘nimis: Naeuius . . . idem in Figulo: nimis auarus.’

GLAVCOMA

50 quod de eo opsinio

Stilo mi in manum pupugit

GYMNASTICVS

I (4)

In alto nauem iube tu destitui anchoris.

Dementes Cf. *Μαινόμενος* Diphili. Diomedes I p. 335 P. ‘habeo et habito dicimus, ut apud Naeuium in Dementibus: animae’ e. q. s.

Demetrius Cf. *Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος* Alexidis

Dolus Cf. *Δόλων* Eubuli. Klusmannum refutat M. Hauptius Philol. I 375

Glaucoma Priscianus X 5 p. 804 P. (I 406 K.) ‘pungo pupugi uel punxi . . . Naeuius in Glaucoma: quod’ e. q. s. (Naeuius Reg. Sang. Bong. Barb. glauconia Sang. Grut.)

Gymnasticus I Nonius 280, I ‘destitui est desolari. destitui rursus

49 habitat *Paris. Monac., edd.* 50 sq. *Cretici cum baccheis compositi* de eo *Putschius* eo *Erl. b* de *ceteri libri* opsinio *Sang. Grut.* obsonio *ceteri* 51 manum *Reg. Sang. Bamb. Bong. Halb. Grut., Putschius* manu *Erl. a* 52 iube tu] iubet *libri* in alto destitui anchoris nauem iubet *Bothius*

II (1)

utrum est melius: uirginemne an uiduam uxorem
ducere? —

Virginem, si mûsta est.

III (6)

55 Edepól, Cupido, cûm tam pausillûs sis, nimis mul-
tûm uales.

IV (2)

Hómines, pecua béluasque

V

Sáxa siluas lápides montes díssicis, dispúlueras.

VI (7)

Atque é bonis meis ómnibus ego te hérem faciam . .

VII (5)

At enim tu nimis spisse átque tarde incédis

VIII (3)

60 Pól haut parasitórum aliorum simil est

LAMPADIO

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona
. . . in Clastidio . . . in Dolo . . . in Demetrio . . . in Lampa-
dione: protinam, a protinus, continuitatem significans.'

statui. Neuius in Gymnastico: in alto' e. q. s. II Nonius 136, 7 'mus-
tum non solum ninum, uerum nouellum quidquid est, recte dicitur. Ne-
uius Gemnastico: utrum' e. q. s. III Nonius 421, 25 'cupido . . . cum
masculino, deum ipsum . . . Neuius Gymnastico: edepol' e. q. s. IV
Nonius 159, 5 'pecua et pecuda, ita ut pecora, ueteres dixerunt. Neuius
Gymnastico: h. p. b.' V Nonius 95, 27 'dispuluerare est dissoluere. Ne-
uius Gymnastico: saxa' e. q. s. VI Nonius 486, 31 'herem pro here-
dem. Neuius Gymnastico: atque' e. q. s. (Geminastico Bamb.)
VII Nonius 392, 25 'spissum significat tarde . . . Neuius Gymnastico: at
enim' e. q. s. VIII Nonius 224, 25 'simile est pro similis est, pro
masculino. positum neutrum . . . Naeuius Gemnastico: pol' e. q. s.

53 ne an uiduam uxorem om. *Leid.* 55 sis pauxillus *Bothius*
58 atque meis bonis *libri* heredem *libri* atque ego te meis he-
rem omnibus faciam bonis *Bothius* 60 haud *Bentinus* aut *libri*
simile est *libri* similist *Ritschelius Mus. phil. VII 606, Lachmannus in*
Lucr. 29 pol haud parasitorum aliorum simile est . . *Hermannus*
Opusc. V 267

LVDVS

I

Cedo qui uestram rem publicam tantam amisistis tam cito?

II

Proueniebant oratores noui, stulti adulescentuli.

LVPVS

Veiens regem salutans iubet Albanum Amulium
Comiter senem sapientem: contra redhostis? — Min
salust?

NAGIDO

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesio-
na . . . in Clastidio . . . in Dolo . . . in Demetrio . . . in Lam-

Ludus. Conl. Festo p. 257 M., qui locus sic legendus est: 'quianam pro quare et cur positum est apud antiquos, ut Naeuium in carmine Punicum belli: summe deum reguator Quianam genuisti?' ('genus isti' cod.) 'et in satira: quianam Saturnium Populum pepulisti?' et Ennium' e. q. s. ('satyra quianam genus isti et in satyra quianam' cod.) his igitur conlatis satiram uel uescio quam satiricae indolis fabulam fuisse huic 'ludum' coniecit Klussmannus p. 159. Eodem referam inc. fab. II Cicero Catonis mai. 6, 20 'quod si legere aut audire noletis externa, maximas res publicas ab adulescentibus labefactatas, a senibus sustentatas reperietis. Cedo' e. q. s. 'sic enim percontabantur, ut est in Naeui poetae Ludo: respondentur et alia et hoc in primis: proueniebant' e. q. s. (in noui poetae ludo Rheuaug. Salisb. Benedictob. Gud. Inderst. et nisi quod in euii Giss. in noui posteriori libro Paris. Basil. et nisi quod posteriore Erf.)

Lupus. Pro togata haberi posse monuit Granertus Philol. II 129, insanit Klussmannus. Si Naeuiana fabula est, uix poterit differre a Romulo, quam inter praetextas rettuli. Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam. Nanius in Lupo: Veiens' e. q. s. (Naeuius in Ludo Scaliger Nouius in Lupo Augustinus. Cf. inc. fab. XX)

Nagido, i. e. *Ναγιδῶ*, ni fallor, nisi praeplacet Nagidio, i. e. *Ναγιδίων* sine *Ναγιδεύς*. nagidione Goth. agidione Haun. agidone Paris. a, om. Paris. b. Certum est litera *N* incipere huic titulum, quod cum fugeret uiros doctos ante O. Muellera, incredibilia commenti sunt

61 cedo rem publicam qui uestram tantam amistis tam cito *Koehly* in *Miscell. Dresd. (Vermischte Blaetter zur Gymnasialreform)* 1847 p. 105 62 prouenientur (ur del.) *Paris.* prouentabant *edd. aliq.* tum prouentabant *Hermannus act. lit. Lips.* 1819 p. 972 noui et stulti *Paris. Erf.* 63 uel ueiens *cod.* ubi Veiens *Scaliger* saltant *cod.* salutal *Scaliger* saluere *Vrsinus* iubet *Vrsinus* uibae *cod.* iubeo *Scaliger* 63 sq. Amulium comiter *Scaliger* mulium comitem *cod.* 64 redhostis menalust *cod.* redhostit Menalus *Scaliger*

padione... in Nagidone: clucidatus, suavis, tametsi a magistris accepimus mansuetum.' (clucidatus Scaliger caudatus Paris. b Vind. Basil. caudacus Flor. cum ceteris)

[NAVTAE]

Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum] — — puni[ceum uestimentum ita uo]cat neui de [bello Puni]co. Et in nautis [uocat Nep- tuno u]estem consec[ratam supparum. at] nunc suppa- ros [appellamus uela li]na iam crucem [expansa]' e. q. s.

NERVOLARIA

65 . praecisum omásum pernam cállus glisis glándia

PELLEX

Desine socii tuo, frátri patrueli meo

PERSONATA

Festus p. 217 M. 'Personata fabula quaedam Naeui inscribitur, quam putant quidam primum [actam] a perso- natis histrionibus. sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, ueri similis est eam fabu- lam propter inopiam comoedorum actam nouam per Atel- lanos, qui proprie uocantur personati, quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.'

Nautae Supplementa incertissima sunt. Klussmannus sole clarius di- cit, unum 'supparum' uerbum ex Naeui citari, quod tamen aperte falsum est. De toto loco magnopere dubito

Neruolaria Nonius 151, 1 'praecisum et omasum partes carnis et uiscerum. Naeuius Neruolaria: praecisum' e. q. s. (Ennius ms. Junii, de Plauto cogitat Ritschelinus Parerg. 196 Neruolaria Ritschelinus Herularia ms. Gaudense Erularia ceteri libri Aulularia ante Mer- cerum)

Pellex Cf. Παλλακή Alexidis Menandri Diphili. Nonius 223, 21 'so- crus et masculino genere peteres dici posse uoluerunt. Naeuius Pellice: desine' e. q. s. (Pellice Bothius pellico libri)

Personata. cum post multos annos acta sit quam O. Muelle- rus, quod si propter personas non depositas dicta sit Personata, necessario

65 callus *Mercerus* gallus *libri* callum *ed.* 1526 *clifis* *Leid.* glifis *ceteri libri* glifis *ed.* 1526 *glandia* *edd.* *grandia libri* 66 *desim* *Bothius* 2 *soero* *Bothius* *socrui* *Klussmannus* *patrueli* *Merce- rus* *patruis libri*

PROIECTVS

I (1)

. . . populus pátitur, tu patías . .

II (2)

. quíd moras? — Quia ímperas

QVADRIGEMINI

. . . suo labóri nullus párcuit.

STALAGMONISSA

70 Deó meo propítio meus homo ést . .

STIGMATIAS

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona
. in Stigmatia: praebia, a praebendo ut sit tutus,
quod sint remedia in collo pueris.'

TARENTILLA

I (7)

Quae ego ín theatro hic meís probaui plaúsibus,

Ea nón audere quémquam regem rúmpere:

Quantó libertatem hánc hic superat séruius!

iam in usu fuerint illo tempore personae. At nero id Verrius dicit: actam esse hanc fabulam ab Atellanis, qui proprie dicuntur personati. Nam multo ante quam comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, Atellani soli eo habitu agebant, postea autem soli deponere eas cogi non poterant. Cf. Munkius de fab. Atell. p. 70

Proiectus, i. e. Expositus. Graeca eiusdem nominis fabula non extat. Diomedes I p. 395 P. 'item patio Naeuius in Proiecto: populus patitur, inquit, tu p. item moro Naeuius in eodem [II].' (in prolecto Monac. moro item Paris. Monac.)

Quadrigemini Nonius 153, 22 'parcuit, pepercit. Neuius Quadrigeminis: suo' e. q. s.

Stalagmonissa? Cf. Lobeckii Pathol. proleg. p. 45 Donatus in Ter. Phorm. l 2, 24 'deo irato meo] uidetur ... addidisse meo, ne esset ἀμφίβολον cui diceret: irato deo. Naeuius in Stalagmonissa: deo' e. q. s. (Neuius Lugd. Hemnius Dresd. Stalagmonisa deo Cuiac. stalagmonis Adeo Lugd. Stalagmoĩs adeo Gand. stalagnionis adeo Dresd. Stalagmonis: Adeo edd. Rom. Vind. Med. Taru. Stalagmo: deo vulgo)

Tarentilla Cf. Ταραντινοι Alexidis. Adulescentes duo cum peregri, Tarenti ni fallor, rem paternam disperdant, inproniso a patribus uisuntur. Quorum alterius amica erat Tarentilla. I Charisius II p. 192 P. (128 L.)

67 patias Paris. potior Monac. patias modo uulgo: uide supra
68 quia] quid Paris. Monac., uulgo 69 labori edd. laboris libri
70 meo om. ed. Med. 73 An hanc haec?

II (1)

quáse pila

- 75 'In choro' ludéns datatim dát se et comuném facit.
 'Alii adnutat, álii adnictat, álium amat, aliúm tenet.
 'Alibi manus est ócupata, álii percellit pedem,
 'Anulum alii dát spectandum, á labris alium inuocat,
 Cum álio cantat, át tamen alii suó dat digito literas.

III (3)

80 . facete et défricate

tum? nam ut opinor hoc nomine est. alterum in urbe secum honoris causa habere, alterum rus supplicii causa relegasse? ... nemo uobis magis notus futurus sit quam est hic Entychus, et certe ad rem nihil inter sit utrum hunc ego comicum adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem.' Quibus quod addit scholiasta Gronovianus p. 429 Or. 'apud Caecilium comoediographum inducitur pater quidam qui habebat duos filios, et illum, quem odio habebat, secum habebat, quem amabat, ruri dedit. Ergo uides, quia auauit Roscium pater, siquidem hunc agris dederat,' id magis ex commentatoris quam ex poëtae ingenio fluxisse uidetur. 'Menandrum' sane dicit Quintilianus I 10, 18: 'et apud Menandrum in Hypobolimaeco senex reposcenti filium patri uelut rationem impendiorum, quae in educationem contulerat, opponens psaltis se et geometris multa dicit dedisse,' sed inde caue concludas in Caeciliania fabula eum locum non exitisse: cum enim in eo sit Quintilianus, ut antiquis etiam temporibus musicam demonstrat maximo in honore fuisse, testes primum laudat Graecos homines Pythagoram Platonem Lyeurgum Archytan Aristoxenum Eupolin Aristophanem Menandrum, tum demum ad Romanorum disciplinam transit. Praeterea cum Menandreae fabulae *Ἐποβολιμαῖος ἢ Ἀγροικος* reliquiis nihil ex Caecilianis certo componi potest, nisi quod apud Menandrum III (cf. VI. X) docetur rationem nihil, casum omnia ualere, similia autem disseri conicias apud nostrum VI. Versu XI: *τὸν ἀμῆτα, Χαίριππ', οὐκ ἔξ πέντειν τινά* suspiceris nescio quid esse cum Caecilianis VIII, si 'placentae' fides sit. Denique quae in mulieres dicuntur IV: *τὰ δευτέρῳ, αἰεὶ τὴν γυναῖκα δεῖ λέγειν, Τὴν δ' ἡγεμονίαν τῶν ὄλων τὸν ἀνδρ' ἔχειν. Οἶκος δ' ἐν ᾧ τὰ πάντα πρωτεύει γυνή, Οὐκ ἔστιν ὅστις πάποτ' οὐκ ἀπώλετο*, et VIII: *πολλῶν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν θηρίων ὄντων μέγιστόν ἐστι θηρίον γυνή*, ex eis Grauertus Anal. 81 coniecit Hypobolimaicum qui a Festo dicitur Chaerestratum cum simplici Hypobolimaeco conuenire. Quod Ciceronis quem descripsi loco optime sane confirmatur. Item id doctus uir probabiliter proposuit, quae Hypobolimaecae Rastrariae nomine uulgo ferantur, ad eandem Hypobolimaeci siue Hypobolimaeci Chaerestrati fabulam pertinere. Certe quodam modo conueniunt inter se Hyp. I et Hyp. Rastr. I, Hyp. V et Hyp. Rastr. II, Hyp. IV et Hyp. Rastr. IV V, nec aduersatur librorum auctoritas. Itaque tres eiusdem comoediae titulos habemus: Hypobolimaicum (quem 'Subditium' interpretati sunt grammatici), Hypobolimaicum Chaerestratum, Hypobolimaicum Rastrariam. Rastraria autem indicem utrum poëta ipse dederit, quod Grauertus uoluit, an grammatici potius excogitauerint, ut affirmat Ritschelius Parerg. I p. XV, tum demum perspicere posset, ni fallor, si de argumento plus constaret. Ita enim appareret, numquae rastro illi in rerum ordinem explicandum uis tributa fuerit nece. — Hypobolimaicum Aeschinium recte, ut uidetur, ab his discriminant Granertus p. 79 et qui contra eum Gellianam fidem merito uindicauit Ritschelius l. l. (cf. p. 135).

I Nonius 178, 17 'tetulit, tulit ... Caecilium Hippobolimen: aerumnam' e. q. s. (Hypobolimaeco Scaliger) II Priscianus VI 2 p. 679 P.

76 med *Bothius* me *libri plerique* me in me *Amiens*. incendit *Halb.*
satis *libri* hilara *libri plerique* hylara *Vat.* hylaria *Reg.* hilari

III (5)

Abi hinc tu, stolide, illi út tibi siét pater.

IV (3)

Quaesó, ne temere hanc rém agas, ne iracúnditer.

V (2)

Nam hi súnt inimici péssumi fronte hilaro, corde tristi,
80 Quos néque ut adprendas néque uti dimittás scias.

VI (7)

subito res te réddent

Hebém.

VII (6)

Habitá[at in tugúrio . o]pérculo

VIII (4)

. prius [ad rauim]ntam féceris

(I 222 K.) 'schema pro schemate. Valerius ... Plautus ... Caecilius in Hippo: illius' e. q. s. (hyppo Vat. m. alt., om. m. pr. 'ippo Reg. ippo Barb. lupo Sang. Grut. Hypobolimaeo Robertus Stephanus) III Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus — Caecilius in Hypobolimaeo: abi' e. q. s. Senex, quem de restituendo Chaerestrato tergiuersari narrat Quintilianus I 10, stultum dicit adolescentem, qui cum ab ipso optime habitus fuerit, iam in ignoti hominis domum transiturus sit IV Nonius 515, I 'iracunditer. Caecilius Subditiuo: quaeso' e. q. s. Cf. Menandri inc. XXV: *εἰ καὶ σφόδρ' ἀλγείς, μηδὲν ἡρεθισμένος Πράξις προπετῶς ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν Ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ.* V Nonius 205, I 'frontem feminino genere Virgilius ... masculino Titinius ... feminino Pacuuius ... Cato ... fronte longo ... Caecilius Subditiuo: nam' e. q. s. Gellius XV 9 'uere ac diserte Caecilius hoc in Subditiuo scripsit: nam' e. q. s. 'hos ego uersus cum de quodam istius modi homine sermones essent, in circulo forte iuuenum eruditorum dixi. Tum de grammaticorum uolgo quispiam nobiscum ibi adsistens non sane ignobilis: quanta, inquit, licentia audaciaque Caecilius hic fuit, cum fronte hilaro, non fronte hilara dixit et tam inmanem soloecismum nihil ueritus est?' VI Charisius I p. 107 P. (76 L.) 'hebem; Caecilius in *Ἰσχυρολογία*: subito' e. q. s. VII Festus p. 355 M. '[tugn]ria a tecto appellantur [domicilia rusticorum] sordida — [Caecilius in Hypo]bolimaeo: habitab perculo.' VIII Festus p. 274 M. 'rauim anti[qui dicebant pro raucitate.] Plautus — [Caecilius] in Hypobolimaeo: prius' e. q. s.

uulgo scema Sang. Vind. Bong. Barb. An: filius || ... in me incédit s. h. s.? 77 illi ut tibi sit *cod.* ille ut tibi sit *Bothius* 78 cedere *Bamb.* agas, ne *ante Aldum* agas et ne *libri* 80 adprendas *uulgo* adprehendas *libri* neque uti dimittas scias *Spengelius* neque ut dimittas scias *Monac. Spengelii* neque ut mittas scias *ceteri libri Gelliani* neque uitare scias *Nonius* 81 te *edd., om. cod.* 83 nullo operculo *suppl. O. Muellerus* sine operculo *Vrsinus* 84 prius

HYPOBOLIMAEVS CHAERESTRATVS

85 Nam istà quidem noxa muliebrist magis quàm uiri.

HYPOBOLIMAEVS RASTRARIA

I (4)

Obsórduit iam haec ín me aerumna míseria.

II (6)

In uóltu eodem, in eádem mantat málitia.

III (5)

Hos síngulatim sápere, nos minus árbitror.

IV (2)

Rábere se ait

V (3)

90 Ere, óbsecro, hercle désine! — Mane coépiam.

VI (1)

Quód p̄olubium, quae uoluptas, quae te lactat lár-
gitas?

Hypobolimaeus Chaerestratus Festus p. 174 M. 'uoxa peccatum aut pro peccato poenam — item, cum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caecilius in Hypobolimaeo chaerestato: nam' e. q. s. (Chaerestrato Scaliger)

Hypobolimaeus Rastraria I Nonius 147, 3 'obsorduit,' (obsurdit Bamb., in quo lemma solum extat) 'obsoleuit. Caecilius Hypobouli Ristraria: obsorduit' e. q. s. (Hypobolimaea Rastraria Scaliger Castig. ad Fest. p. CXV) II Nonius 505, 23 'mantat pro manet. Caecilius Hypob Rastraria: in uoltu' e. q. s. III Nonius 176, 7 'singulatim et singillatim, a singulis. Caecilius Hypoboli Rastraria: hos' e. q. s. IV Nonius 40, 3 'rabere dictum est a rabie ... Caecilius Hypobolimaeo Rastraria: r. s. a.' (hypolimaeo rastraria W hypobolimaeo trastrabia Leid. Rastraria cod. ms. habere narrat Junius Animadu. VI 10) V Nonius 89, 16 'coepere, incipere. Caecilius Periboea Rastraria: cre' e. q. s. (Hypobolimaea R. Scaliger) VI Nonius 16, 20 'lactare est inducere uel mulgere, uellere,

Ad rauim poscaris, quam placentam feceris *Vrsinus* prius Ad rauim poscas quam placentem f. *Grauertus Anal.* 74 *quamquam monens nihil posse affirmari* prius ad rauim procaris quam me placentem f. *Dacertius* Ad rauim prius poscaris q. placentam f. *Spengelius* 85 ista *Grauertus Anal.* 75 muliebri'st magis quam uiri *O. Muellerus* muliebrem et magis quam uiri *cod.* muliebris est m. q. u. *Vrsinus* muliebrem est m. q. u. *Bothius* mulieris 'st m. q. u. *Grauertus* mulieris magis quam uiri est *Meinckius Men. p.* 172 86 in me] iuene *Bothius* 2 in mea *suadet Fleckisenus* 88 nos s. s. non *Bothius* 2 89 rebere *Leid.* rabie rabere *Gebhardus Ant. lect.* I 11 90 obsecro *Spengelius* obscuro *libri Personas*

HYPOBOLIMAEVS AESCHINVS

Ego illud minus nihilo exigor portorium.

IMBRII

I (1)

. . . . et homini et pecubus omnibus

II (2)

nunc uter

95 Crēscit: non potēst celari.

III (Vمبر. 2)

Mihi surdo dormitum suadet ut eam. — At si obdormiuero,
miuero,

Tute idem ubi eris experrectus?

decipere ... Caecilius Hypobolimaea Rastraria: quod' e. q. s. (Caecilius Hypobolimaeco: mea rastraria Muretus Var. Lect. IV 13) Terentii Adelph. V 9, 28 hinc sumptum uideri monet Muretus

Hypobolimaecus Aeschinus Gellius XV 14, 5 'sese pecunias maximas exactos esse ... id nobis uidebatur Graeca figura dictum ... quod si id dici potest, etiam exactus esse aliquis pecuniam dici potest. Caeciliusque eadem figura in Hypobolimaeco Aeschino usus uidetur: ego illud' e. q. s. 'id est: nihilo minus exigitur de me portorium.' Nonius 106, 23 'exigor pro a me exigitur. Caecilius Excusio: ego' e. q. s.

Imbrii (Menandri?) Ad argumentum quid faciat fr. II apparet. De meretricis inlecebris, ni fallor, agitur fr. III et IV. I Nonius 159, 15 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt ... Caecilius Imbris: et homini' e. q. s. (Imbrii Junius) II Nonius 188, 15 'uter pro utero. Caecilius Imbris: nunc' e. q. s. (Imbrii Spengelius) III Priscianus X 4 p. 888 P. (I 488 K.) 'expergiscor ... experrectum facit. quamuis uetustissimi etiam expergitus dicebant ... Caecilius uero secundum analogiam protulit in Imbris: mihi' e. q. s. (Caecilius Reg. Caelius Grut. Halb. Bong. Barb. caelius Sang. Coelius Bamb. im-

bris Grut. Sang. Bong. imbris Voss. umbris, u in ras., Halb. u m-

uulgo non distinguunt 92 nilo Fleckeisenus Epist. crit. ad M. Hertzium p. 37 conl. Lachm. in Lucr. 27 sq. 93 et homini et pecubus (uel pecudis) Spengelius et homini et pecudibus libri et hominibus et pecudis Grauertus Anal. 103 96 surdo] sordo Halb., om. Dresd. sordi Sang. Grut. Reg. Bamb. Bong. Barb., Spengelii omnes sordido uulgo di-

ormitum (i pr. eras.) Grut. domitum Sang. suadit Halb. an suades?

ut eam et si ego obdormiuero Sang. ut eam quisquam (quisq Barb.) et si ego obdormiuero (obdormiero Bamb.) Grut. Halb. Reg. Bong. Bamb. Barb. ut eam quisque moechetur et si ego obdormiuero Lips. a quisquam uidetur ex nequiquam interpretamento uocis surdo ortum esse 97 tute ≡ Idem Barb. tute, sup. idem, Bong. ube-

rius corr. in ubi eris Reg. ibi eris Putschius

IV (3)

. quid? mihi non sunt bálneae.

V (Licin. Imbr. inc. 2)

Resupína obstipo cápitulo sibi uéntum facere túnicula

VI (Vmbr. 1)

100 'Age age, i puere, dúc me ad patrios fínes decora-
tum ópipare!

VII (5)

. . . mirum adeo nísi frater domi ébrius

Turbam áliquam dedit.

VIII (4)

. . . cruento ita óre grundibát miser.

KARINE

I (1)

. . . ut aurum et uéstem, quod matrís fuit,

105 Reluát, quod uiua ipsi ópposiuit pignori.

bris vulgo) IV Nonius 194, 11 'balneae nominis feminini ... Caecilius in Imbris: quid' e. q. s. V Festus p. 193 M. 'obstipum, obliquum. Ennius — Caecilius in imbro: resupina' e. q. s. (C. in Imbris O. Muellerus C. in Imbres Augustinus in mg. Licinius Imbrix Aldina) VI Priscianus VI 8 p. 697 P. (I 247 K.) 'hic et haec puer netustissimi protulisse inueniuntur ... Caecilius in Vmbris: age' e. q. s. (Imbris Meinckius in Men. p. 89) Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 390 'et inde opipare adu. i. habundanter, unde Caecilius: age' e. q. s. Ibidem 407 'et sciendum quod antiqui dicebant puerus et non puer, unde Caecilius: puere puere ... fines.' VII Nonius 525, 2 'turbam et turbas dinersam nolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam ... Caecilius in Imbris: mirum' e. q. s. VIII Nonius 465, 4 'grundire cum sit proprie suum ... etiam hominum esse grunditum Caecilius in Imbris designauit: cruento' e. q. s. (Imbriis Bamb.) Diomedes I p. 379 P. 'grundire ... Caecilius: cruento' e. q. s. Cf. Scaliger Coni. in Varr. p. 158

Karine (Menandri an Antiphanis?) 'Chariui' titulum, quem Bothius posuit, per se quidem ferri posse contra Spengelium p. 5 monet Ritschilius Parerg. I 142. I Festus p. 281 M. 'relnere, resolvere, repigne-

99 obstipo *Gifanius* oblitto *cod.* tunicula *Vrsimus* cunicula *cod.*

100 age age i puere *Vind. Sang. et nisi quod puerae Grut. Prisciani* age age puer *Thes.* 390 puere puere *idem* 407 duc unus *cod. Spengelii,* item unus *Osberni in Gloss. ms.* deduc *Thes. utroque loco duce ceteri libri Prisciani* decorauit *Thes.* 390 101 *sq. Continuat uersum Spengelius* mirum adeo n. f. domi aliquam ebrius turbam dedit *Bothius* 2 105 uiuae ipsi *Victorius e fragm., probatum Spengelio* uiua ipsa *Augustinus*

II (2)

tum éx aure eius stalágmium

Domi hábeo.

III (3)

Modo fít obsequéns hilarus cómis

Commúnis concórdis, dum id quód pelít potítur.

MERETRIX

I (2)

110 Cum prógubernator própere uertit prósumiam.

II (1)

Memini íbi [fuisse] cándelabrum lígneum

Ardéntem

NAVCLERVS

I (3)

Núnc abeo, audibís praeterea, si éius redeat filia.

rare. Caecilius in Carine: ut aurum' e. q. s. II Festus p. 317 M. 'stalagmium genus inaurium uidetur significare Caecilius in Karine, cum ait: tum' e. q. s. (Karine cum aittum uel aitoum cod. teste H. K.) Paulus p. 316 M. 'stalagmium genus ornamenti aurium. Caecilius: ex aure' e. q. s. III Priscianus VI 18 p. 726 P. (I 288 K.) 'concors concordis. antiquissimi tamen solebant genetiium similem proferre in his nominatio. Caecilius in Cratino: modo' e. q. s. (crastino Amieus. crastino Sang. crino Halb. Carine Meinekius in Men. p. 91)

Meretrix Quod nomen Spengelium p. 6 non magis offendere debebat quam Hetaera Turpili, Pomponi Prostibulum, alia; praesertim si forte totum earum mulierularum ordinem, ut in Thaide Menander, luculento exemplo inlustrare uoluerit poeta. I Nonius 536, 10 'prosumia, nauigii genus. Caecilius Meretrice: cui' e. q. s. II Nonius 202, 17 'candelabrum generis neutri, ut saepe. Masculi Caecilius Meletricem: memini' e. q. s. (Meretrice ed. 1526 Molitricem Gulielmius Quaest. Plant. in Merc. c. 3, cui nomini componere poterat Eubuli *Μνωθρίδα*. Sed cf. uar. script. in Turpil. Demiurg. IV et Afran. Except. III)

Nauclerus (Menandri?) I Nonius 506, 4 'audibo pro audiam ...

opposiuit Scaliger opposuit cod. 106 sq. Vnum uersum continuat Spengelius 108 sq. Numeros descripsit Spengelius hilarus Bong.

Bamb, duo Monac. hilarus Halb. hilarif (u m. alt.) Barb. hilares Grut.

hilaris uulgo comes Grut. Barb. 109 commonis (v m. alt.) Sang.

Legebatur commoenis, ut uidetur 110 cui libri progubernator

τετρασλλαβως pronuntiandum esse monet Bothius 2. Sed ter repetita in progubernator, propere, prosumia syllaba pro facit ut non inprobabiliter fortasse scribi possit: . cum gubernator propere u. p. 111 ibi.

om. fuisse, libri illic Grauertus Anal. 109 113 si dicis filia redeat

II (2)

'Vt te di omnes infelicit cum male monita memoria!

III (1)

115 Suppilatum est aurum . . atque ornamenta omnia

NOTHVS NICASIO

I (1)

Habés, uide, tibi tradidi, in tuo collo est: decollés
caue.

II (2)

'Ilico ante ostium hic erimus

III (3)

. manete ilico!

OBOLOSTATES [sive FAENERATOR]

I (4)

. nunc enim uero est, cum meae morti remedium
120 Reperibit nemo.

II (3)

Depositus modo sum anima, uita sepultus.

Caecilius Nauclero: nunc . . . filia redeat. [Idem] Progamo.' Excidisse de Progamo testimonium uidit Grauertus Anal. 113 II Nonius 126, 26 'infelicitent.' III Nonius 12, 31 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur . . .'

Nothus Nicasio (Νόθος Philemonis?) Cf. Ritschelius Parerg. I 135 et XV. I Nonius 97, 26 'decollare, ex collo deponere. Caecilius Notho Nicasioni: habes' e. q. s. (Noto W) II Nonius 325, 2 'ilico significat statim, mox . . . Caecilius Notonincasione: ilico' e. q. s.

III Nonius 325, II 'ilico, in eo loco . . . Caecilius Nothonicasione: m. i.' Obolostates [Faenerator] Vtrumque nomen ad eandem fabulam pertinere statuit Scaliger. Cf. Ritschelius Parerg. I 144 157 I Nonius 508, 15 'repperibitur pro repperietur . . . Caecilius Obolo: nunc' e. q. s. (Obello Bamb. Obolostate Mercerus) II Nonius 279, 30 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur . . . Caecilius in Obo-

libri sed uin redeat filia? *Grauertus Anal.* 113 114 infelicit *Bothius* infelicitent libri molita *Bamb.* infelicit male moenita *Spengelius* 115 aurum *Bothius* eum libri osnamenta *Spengelius* in *Corr. ex Varrone de L. L. VI* 76 *Senarium proposuit Bothius, trochaicum poteram etiam sic exprimere:* . . suppilatum est aurum atque o. o. 118 *Ex cretico uersu* 119 nec enim *W* meae cum *Bothius* 120 repperibit libri 121 sepultus sum libri depusitus anima modo, uita sepultus sum *Spengelius* d. a., uita modo sepultu' sum *Bothius* 2

III (5)

crédidi silicérnium

Eius mésarum esurum.

IV (1)

. . . . ego pérddi te, qui ómnes seruos pérdo
 125 Populátim: quaeso ne ad malum hoc addás malum . . .

V (2)

si linguás decem

Habeám, uix habeam, sátis te qui laudém, Lache. —

* *
 Immo uéro haec ante sólitus sum: res délicat.

VI (Ven. 2)

satine huic órđini,

130 'Etsi nihil egisti, quaesti? — Quaesti? — Quia sunt
 aémuli

VII (Ven. 1)

. . . . crédo: nimis tandem hóc quidem fit uerniliter.

loistate: depositus' e. q. s. III Festus p. 294 M. '[silicernium dicitur cena funebris, quam [Graeci περίδειπνον] uocant. sed [V]errius existimat, cibi genus, quod nos farci[m]en dicimus, quo purgabitur letum familia [silicernium dici, quod cuius nomine ea res instituebatur] iam silentium [cerneret. Caecilius Ob]olostate: cre messe esurum.' Paulus p. 295 M. 'silicernium — Caecilius: credidi' e. q. s. IV Nonius 154, 13 'populatum.' V Nonius 277, 26 'delica est aperi et explana Caecilius Obolostate: si' e. q. s. Idem 98, 7 'delica, explana, indica. Caecilius Obolostate [128]. VI Nonius 483, 27 'quaesti uel quaestus dictum pro quaestus Caecilius Venatore: satine' e. q. s. (Fenerator Spengelius) VII Nonius 42, 28 'uerniliter pro adulatorie; a uernis, quibus haec uiuendi ars est. Caecilius Venatori: credo' e. q. s. (Fe-

122 sq. silicernium eius Paulus, in Festi cod. non apparet 123 messe, i. e. me esse Festi cod. me esse Paulus 124 perdit Bamb. perduo Bothius, qui senarios posuit 126 decem Mercerus dete libri 127 Lache Mercerus ache libri 128 Lacheti tribuit Bothius, sed sine interstitio immo uero haec sol ante Leid. p. 98 immo uero ante haec Bothius immo uero haec antehac malit Spengelius solitum Leid. p. 98 res om. libri p. 277 129 huic ordini Bothius huc ordini libri plerique huc ordine Leid. huic ordine Stephanus 130 egi libri quaesti quaesti Bamb. quaesti semel ceteri libri sunt aemuli Aldina sunemuli libri 131 tandem hoc fit libri tandem hoc fit Bothius 1 tamen istuc fit idem 2 tandem hoc fiet (uel fuit) Spengelius

VIII (Foen. 1)

Vólat exanguis, símul anhelat, péniculamentúm tenet
Pálliolatim.

IX (Foen. 2)

. . . peluim síbi poposcit

PAVSIMACHVS

I (3)

135 Edepól uoluntas hómini rarentér uenit.

II (1)

libera essem iám diu,
Habúissem ingenio sí sto amatorés mihi.

III (4)

Carbásina molochina ámpelina . . .

IV (2)

hoc a te póstulo,
140 Ne cúm meo gnato pósthac limassís caput.

V (5)

Nonius 3, 13 'uelitatio dicitur leuis contentio . . .
uerbis uelitationem . . . uelitati estis inter uos duo . . .
uerbis uelitare . . . labris inter se uelitari .. Caecilius Pau-

neratore Spengelius) VIII Nonius 150, 1 'peniculamentum a ue-
teribus pars uestis dicitur . . . Caecilius Fenerator: uolat' e. q. s.

IX Nonius 543, 28 'peluis, sinus aquarius, in quo maria perluuntur,
unde ei nomen est . . . Caecilius in Fenerator: p. s. p.'

Pausimachus Generosam meretricem, qualis est in Terentii Hecyra
Bacchis, prodit fr. II. Atque ob similem causam atque illic V 1, 20 Laches,
pater cum ea loquitur fr. IV. I Nonius 515, 24 'rarenter.' II Nonius
127, 15 'iamdiu pro olim . . . Caecilius nausimacho: libera' e. q. s.
(nausimacho, superser. epi, Leid. epinausimacho W., mss. Mer-
ceri Pausimacho Mercerus) III Nonius 548, 14 'molochinum, a
Graeco, color flori similis maluae.' IV Nonius 334, 9 'limare etiam
dicitur coniungere . . . Caecilius Pausimato: hoc' e. q. s. (Pausi-
macho Mercerus)

132 exanguis *Bothius* sanguis *libri* tenet palliolatim] et pallio datur
libri et palliolatur *Junius* 135 uoluptas *Palmerius Spicileg. ap. Grut.*
II 769 homini] boni *Palat.* 136 libera *Junius in mg. liber libri*
137 habuissem ingenio *om. Leid.* si sto *Lachmannus in Lucr.* 197
si ston *libri* si stoc *Rothius* si isto *Mercerus* abutores *Leid.* 138
ampelina *ed.* 1526 amperina *libri plerique* amperita *Leid. m. pr.* 140
meo *uulgo* eo *libri* limassis *Leid.* limasset *Basil.* limasses *ceteri*
libri

simacho: hic desunt quatuor lineae quae in autentico non erant scriptae.' (Sic in Victorino cod. et in W, ceteri continuant: 'Pausimacho mum interent tamen. Toga dicta est' p. 406, 17)

PHILVMENA

I

Qui pánis solí corbulám

II

Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem . . . Caecilius Filiumina [. . . idem Plocio VIII 4].'

PLOCIVM

I (1)

. . . is démum miser est, qui aérurnnam suám nequit

Philumena I Nonius 197, 29 'corbes, corbularas . . . Caecilius Filumena: qui' e. q. s.

Plocium Menandri. Luculentis Gellii de argumento testimoniis non nulla ex reliqua uersiculorum farragine indicia accedunt. Ac primum ad utriusque senis diuerbium illud, unde est fr. II, pertinet sine dubio festinum alterius de mortua uxore dictum III, quod minus feliciter 'de adulescentis amica' interpretatur Spengelius. Atque ut *τρογγόνος λαλιστέρα* apud Menandrum XIII dicebatur Crobyle, ita facies eiusdem apte eis describitur, quae sine fabulae nomine extant apud Nonium 119, 19 (inc. fab. XX). Porro hominis pauperis, hoc est eiusdem senis vicini seruus Parmeno (cf. Men. VIII) erilis filiae gemitu audito cum totam rem adhuc ignorauerit, primo coniecturis indulgens in uicinum adolescentem, quem puellae admodum familiarem scit, confert suspicionem. Atqui non conuenit computanti temporis ratio (IV et Menand. III): nam ante ipsos decem menses demum erus rure in urbem migrauerat (cf. Menand. V VI VII), nec ante id tempus uirgini cum quoquam consuetudo fuerat. At enim sane ruri Crobylae filius (eum enim fuisse puto) festo furore exultans (cf. VII) ignotus ignotam compresserat. Et de peruigilio quidem amplius percontando Parmeno comperit: V VI, sed de auctore, quoniam in tenebris istud opus confectum est, ne puellae quidem ipsi constat. Iam nero grauissimas eius puerperium turbas affert: siquidem nuptias magno sumptu paratas, quas 'extolli' audimus fr. XII XIII, ad puellam nostram referendas esse recte conicimus. Cognito enim, cuius se ipsum in noxia esse nescit, dedecore non potuit adulescens non a coniugio uitiatae abhorreere: itaque tollendi nuptias causam captans, cum ueram in publicum proferre uereretur, fortasse auspacia (cf. Beckeri Gallus I p. 20 ed. alt.) infausta praetenderat, ad quod respondetur fr. XIV. Certe 'odiosa' opulentiae ac superbae matri 'nurus' defenditur fr. XV, et ut aliam quandam cogna-

142 *Septenarii initium deesse intellexit Fleckeisenus apud M. Hertzium, senarium posuit post Bothium Spengelius quia erunnam Vat. qui erunnam Reg. qui erunnam Rot. nescit Thys. nescit Burnesian. A*

'Occultare. Férre ita me uxor ét forma et factis facit,
'Vt si taceam, támen indicium sim. Quae nisi dotem
ómnia,

145 Quae nólis, habét: qui sapít de me díscet:

Quí quasi ad hostis cáptus liber séruio salua úrbe
atque arce.

Dum éius mortem inhio, égomet uiuo inter uiuos
mórtuus.

tam ducat filio persuadere conatur Crobyle apud Menandrum (inc. fab. CCXXIV): *Κραβύλη τῇ μητρὶ πείθου καὶ γάμει τὴν συγγενή*. Itaque de bona spe deiecti tam afflictis rebus congrua et Parmeno (VIII) et erus (IX) secum philosophantur, atque de eò rerum statu diuerbinum inter utrumque cum his innuatur (Men. VIII): *ὦ Παρμένων, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ φνόμενον ὡσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μίας, ἄλλ' ἔγγυς ἀγαθοῦ παραπύρνε καὶ κακόν, Ἐκ τοῦ κακοῦ τ' ἠνεγκεν ἀγαθὸν ἢ φνῆσις* (cf. Men. IX X), eodem probabiliter reuocabimus Caecilianam X et XI. Sed quod Seneca Dial. X 2, 2 'apud maximum poëtarum more oraculi dictum' laudat: *exigua pars est uitae qua nos uiuimus*, id nec Caecilio debebat ascribere Spengelius, et ne Menandri quidem (cf. Men. IX) sed Enripidis uersum esse suspicatur Meinekius. Ab illa autem mentis acquitate quantum postea discrepat Parmenonis pauperum publice defendendi studium XVI XVII (inc. fab. XII?)! Quod tamen aliter excitari uix poterat nisi aliquo modo, fortasse plocii, ut anuli in Hecyra indicio uerus facinoris auctor proditus esset. Eo autem semel reperto iudice saue opus nou erat, immo sublatae nuptiae restituebantur, Parmeno uero ob assidua merita liber factus est (XIX). I Gellius II 23 'comodias lectitamus nostrorum poëtarum sumptas ac uersas de Graecis. Menandro aut Posidippo aut Apollodoro aut Alexide et quibusdam item aliis comicis. Neque cum legimus eas, nimium sane displicent, quin lepide quoque et uenuste scriptae uideantur, prorsus ut melius posse fieri nihil censeas. Set enim si conferas et componas Graeca ipsa, unde illa uenerunt, ac singula considerate atque apte iunctis et alternis lectionibus committas, oppido quam

143 occultare *Rott.* ferre *libri fere edd.* efferre *Spengelius*
ita me uxor et forma *Fleckeisenus l. l.* ita me uxor forma *libri*

ita me uxor *Bothius* [facit] *facti Rott.* 144 ut *om. libri* iudicium *Vat.* iudicium *Burn. A Harl.* sim *om. libri* fit *Fleckeisenus l. l.* est uulgo *Totum uersum sic descripsit Fleckeisenus l. l.*: — Si taceam, tamen indicium fit — quae nisi dotem: omnia 145 *sqq.* *Fleckeisenus l. l. sic*: Quae nolis habet. qui sapiet de me discet, qui quasi Ad hostis captus libere Seruio salua urbe atque arce. *Senarios continet cum Bothio Spengelius*: Habet quae nolis, de me discet, qui sapit, Qui quasi ad h. c. liber seruio Salua urbe a. a. *Codices in his discrepant*: sapiet *Rott. Vat.* discat *Burn. A* 146 captus liber *Reg. Guelf. Burn. A* liber captus *Rott.* captus libere *Vat.* seruio *Rott.* 147 et 148 *transposui* 147 dum ego eius *Nomius* inio

'An quae mihi quidquid placet, eo priuat, seruatam uelim?

'Ea me clam se cum mea ancilla ait consuetum, id me arguit:

150 Ita plorando orando instando atque obiurgando me optudit

Eam uti uenderem. Nunc credo inter suas

Aequalis, cognatas sermonem serit:

iacere atque sordere incipiunt, quae Latina sunt: ita Graecarum quas aemulari nequiverunt faciliis atque luminibus obsolescunt. Nuper adeo usus huius rei nobis uenit. Caecili Plocium legebamus: hantquaquam mihi et qui aderant displicebat. Libitumst, Menandri quoque Plocium legere, a quo istam comoediam uerterat. Sed enim postquam in manus Menander uenit, a principio statim, di boni! quantum stupere atque frigere quantumque mutare a Menandro Caecilius uisus est! Diomedis hercle arma et Glauci non dispari magis pretio existimata sunt. Accesserat deliuc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore diuite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, non in-scito puellam ministerio et facie hant inliberali, coactus erat uenundare suspectam uxori quasi pelicem. Nihil dicam ego quantum differat. Versus utrimque eximi inssi et alijs ad iudicium faciendum exponi. Menander sic: ἐπ' ἀμφοτέρων νῦν ἡ πικληρος ἡ καλή (ἐπίκληρος HK Vat. ἐπικληρος η codices Spengelii ἀτ' ἐπίκληρος οὔσα δὲ Meinekii Calpurnii in Ter. Heaut. II 3, 101 auctoritate abusus) Μέλλει καθενδῆσειν· κατείργασται μέγα Καὶ περιβύητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας Ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν ἣν ἐβούλετο, Ἴν' ἀποβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης Πρόσωπον. ἡ τ' εἰργαστος ... γυνή Δέσποινα

Burn. B in his *Harl.* hinc *Vind.* inibo *Nonius* egomet *Rott.* inter uiuos mortuus *Fleckeisenus l. l.* mortuus inter uiuos *libri* 'Inter uiuos dum eius mortem inho egomet uiuo mortuus *Spengelius* 148 an *om. libri* mihi] nihil *Burn. A Vind.* quidquid *Burn. C Harl.* quicquid *Rott. Vat. (in mg. m. saec. XV: quicq̄) Reg.* quidquam *Burn. B* quicquam *Burn. A Vind.* priuatu uim me seruatam *Vat. Reg. Burn. C Vind. et, nisi quod priuau Rott.* priuatum in me seruat *Burn. A* priuatu uiro me seruatam *Burn. B* priuatum it me seruatam *Thysius* priuatum it ui me ingratijs *Gronouius.* *Nihil proposuit Fleckeisenus l. l., qui tamen uersus initium hoc dedit:* Quae mihi quidquid placet, eo. *Spengelio haec placuerunt:* arec. quae mihi quidquid placet, Eo priuatum it, tum uim me seruatam uirum? 150 obiurgando *Rott.* optudit *Rott. Reg.* obtulit *Vind.* obtulit *Harl.* obtulit *ceteri* 151 sq. uulgo *senarios exhibent* 151 eam uti *Rott. Vat. Reg.* uti eam uulgo uenderem *Rott. Vat. Reg., Scioppius* uenundarem *codd. Spengelii, seruari uoluit Fleckeisenus l. l.* 152 aequalis atque cognatas *Rott.* aequalis et cognatas *ceteri* sermonē *Rott.* sermones *Venetae*

Quis uostrarum fuit integra aetátula

Quae hóc idem a uiro

155 'Impetrarit suo, quód ego anus modo

Efféci, pellice út meum priuarém uirum?

Haéc erunt concília hic hodie: differor sermóne mi-
sere.

(? ΗΤΕΤΝΩΕΤΟΥΤΑΕΜΕ γυνή Δέσποινα Vat. ητ' (ηπ' C ητο Β) εὐγνωστος εἶχε με γυνή δέσποινα codices Spengelii ὡς μ' ἔχει γυνή δέσποινα in mg. cod. Thys. ἢ γ' εὐγνωστος ὡς μ' ἔχει γυνή Δέσποινα parenthesi inclusum Spengelius ὡ γ' εὐγνωστός ἐστ' ἐμῆ γυνή Δ. Heringa ὡς εὐγνωστον ἢ γυνή μ' ἔχει Δ. Henricus Jacobi in Add. p. XX). καί τὴν ὄψιν ἦν ἐκτίησατο Ὄνος ἐν πιθήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον. Τοῦτο δὲ σιωπᾶν βούλομαι, τὴν νύκτα τὴν Πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. οἱμοὶ Κρωβύλην λαβεῖν ἐμ', ἐκκαίδεκα τάλαντα τάλαντατον (ΕΜΕΚΑΙ-ΔΕΚΑΤΑΛΑΝΤΑ Vat. ἐμὲ καὶ δέκα τάλαντα codd. Spengelii, nisi quod ταλατάλαντα Α ἐμ' ἐκκαίδεκατάλαντον ὡ θεοί Heringa) Γύναιον οὖσαν πηχέως. εἶτ' ἐστὶ τὸ Φρύγαμά πως ὑπόστατον; μὰ τὸν Δία Τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς. Παιδισκάριον θεραπευτικόν δὲ καὶ λόγον Τάχιον ἀπάγεθ' ἄδε, τίς ἄρ' ἂν εἰσάγοι; (Sic Spengelius, ΤΑΧΙΟΝΑΠΑΓΕΘΩΔΕΤΙC ΑΡΑΝΠΙCΑΓΑΓΟΙ Vat. τάχιον ἀπάγεσθω δὲ τίς ἢ ἄρ' ἀντεισαγάγοι codd. Spengelii, nisi quod τίς ἀρ ἀντεισαγαγή Α τίς ἀραντεισαγαγοὶ BC θάττον ἀπάγοι τίς ἢ τέραν ἂν εἰσάγοι H. Jacobi) 'Caecilius autem sic: is demum' e. q. s. Nonius 502, 12 'accusatiuus pro

153 *Creticum agnouit Spengelius* nostrarum *Burn. B C Harl. Vind.* uestrarum *ceteri* 154—156 *sic descripsit Fleckeisenus l. l.*: Quae hóc idem tum á uiro impetrarit suo Quód ego anus modo efféci, pellice út meum p. u. 154 idem a uiro *libri* itidem a uiro *uulgo* 156 pellice *Rott. Reg. pellice Vat. pellice uulgo* 157 concilia hodie differor sermone miser *libri*, nisi quod consilia *Burn. A* concilia hodie, miser sermone differor *Spengelius* hodie concilia: miser sermone differor *Fleckeisenus l. l.* Idem autem illa retractauit postea in *Epist. crit. ad M. Hertzium p. 14 sqq.*, ubi curis secundis, sed eis uix felicioribus excogitata proposuit haec:

is demum miser est, qui aerumnam suam nón polis occultáre.

(*sive* is demum m. e. qui suam aerumnám nequit occultáre)

ferre ísta me uxor forma ét factis facit, sí taceam, tamen indici-
cium:

quae nísi dotem omnia quae nolis habet. qui quási, de mé discet,

qui quási ad hostis captís liber seruú salua urbe atque árce.

quae míhi quidquid placet eó priuatum it mé nec uolt me séruatum.

dum ego éius mortem inhio, égomét uiuo mórtuus inter uiuos.

éa me clam se cúm mea ancilla ait consuetum, id me árguit,

íta plorando orándo instando atque óbiurgando me óptudit,

eam utí uenundarém. nunc credo intér suas

aequális et cognátas sermoném serit:

II (2)

Sed tua morosane uxor quaeso est? — Quam
rogas? —

Qui tandem? — Taedet mentionis, quae mihi
160 Vbi domum adueni adsedi, extemplo sauium
Dat ieiuna anima. — Nil peccat de sauiio:
Vt deuomas uolt, quod foris potaueris.

III (16)

Placere ocoepit grauius, postquam est mortua.

datino ... Caecilius Plocio: dum ego eius mortem inibo.' II Gellius II 23, 11 'praeter uenustatem autem rerum atque uerborum in duobus libris nequaquam parem, in hoc equidem soleo animum attendere, quod quae Menander praeclare et apposite et facete scripsit, ea Caecilius ne qua potuit quidem conatus est enarrare, sed quasi minime probanda praetermisit, et alia nescio quae mimica inculcauit et illud Menandri de uita hominum media sumptum simplex et uerum et delectabile nescio quo pacto omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero sene uicino colloquens et uxoris locupletis superbiam deprecans haec ait: ἔχω δ' ἐπίκληρον Λάμιαν· οὐκ εἰρηκὰ σοι τοῦτ'; εἴτ' ἄρ' οὐχί; κυρίαν τῆς οἰκίας καὶ τῶν ἀγγῶν καὶ † πάντων ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν. Ἀπολλῶν, ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον. Ἄπασι δ' ἀργαλέα στίβν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, Τίῳ, πολὺν μᾶλλον θυγατρὶ. — πρᾶγμα ἄμαχον λέγεις· εὐ οἶδα. Caecilius uero hoc in loco ridiculus magis quam personae isti, quam tractabat, aptus atque conueniens uideri maluit. Sic enim haec corruptit: sed tua' e. q. s. Nonius 233, 7 'anima rursum alitus oris et odor Caecilius: quae mihi ... auma.' III Nonius 314, 18 'nam et grauius multum inteligitur. Caecilius Plocio: placere' e. q. s. (Procilio

quis uostratum fuit integra aetata

hoc idem quae a uiro impetratum suo,

quod ego anus modo effeci, pellice ut meum priuarum uirum?

haec erunt hodie concilia: miser sermone differor.

(sine haec hodie concilia erunt: miser s. d. sine sermone differor miser.)

158 quam rogas? Spengelius, qui tamen erogas probat qua erogas

Reg. quam errogas Vat. q me rogas Rott. quam? rogas? uulgo 159
qui Quia tandem Reg. quas qui tandem Rott. mentionis Vat. Rott.

160 adsedi Geneu. Nonii assedi ceteri libri Non. ac sedi Gellius
extemplo (e corr. in i) Vat. auium libri Non. 161 dat .: ieiuna
(.: literis semierasis, cuius tamen uestigia tenuissima) Rott. nichil
Vat. Rott. 162 uult Vat. Rott. Reg. toris putaueris Rott. toris
putaueris Reg. thoris putaueris Vat. 163 hoc coepit Leid. ocoepit
ceteri emortuus Basil., unde fortasse emortuus

IV (4)

Solétne mulier décimo mense párere? — Pol
165 Nonó quoque atque octáuo atque etiam séptimo.

V (5)

Pudébat, credo, cómmemoramentúm stupri.

VI (9)

Properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

VII (12)

Conséquitur comes insómnia, ea pórró insaniam áffert.

VIII (3)

. . . is demum infórtunatus ést homo,
170 Paupér qui educit ín egestatem líberos,

Basil.) IV Gellius III 16, 3 'hoc idem tradit etiam Menander poeta uetustior, humanarum opinionum uel peritissimus. Versus eius super ea re de fabula Plocio posui: γυνή καὲ δέκα μῆνας; Sed noster Caecilius cum faceret eodem nomine, et eiusdem argumenti comoediam, ac pleraque a Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non praetermisit octauum, quem praeterierat Menander. Caecilii uersus hiee sunt: soletne' e. q. s. 'Eam rem Caecilium non inconsiderate dixisse neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus descivisse M. Varro uti credamus facit.' V Nonius 84, 2 'commemoramentum' (om. libri, addidit Junius) 'Caecilius Plocio: pudebat' e. q. s. VI Nonius 153, 14 'properatim, id est properanter. Caecilius: properatim' e. q. s. Idem 155, 3 'properatim et properiter, celeriter, properanter . . . Caecilius Plocio: properatim' e. q. s. (C. Plocio properatim om. Leid.) VII Nonius 209, 16 'insomnium generis neutri. Feminini Caecilius Plocio: consequitur' e. q. s. (Plochio Leid.) VIII Gellius II 23, 24 'quid de illo quoque loco in utraque comoedia posito existimari debeat, manifestum est, cuius loci haec ferme sententia. Filia hominis pauperis in peruiugio uitiata est. Ea res clam patrem fuit; et habebatur pro uirgine. Ex eo uitio granida mensibus exactis parturit. Seruus bonae frugi, cum pro foribus domus staret et propinquare partum erili filiae, atque omnino uitium esse oblatum ignoraret, gemitum et ploratum audit puellae in puerperio entitis: timet irascitur suspicatur miseretur dolet. Hi omnes motus eius affectionesque animi in Graeca quidem comoedia mira-

164 soletne *M. Hertzius* insoletne *libri* insuetne *Bothius* 165 nono; etiam septimo atque octauo *Rott. Reg. Vat.* nono etiam septimo atque octauo *uulgo* nono quoque septimo etiam atque octauo *Spengelii libri* 167 properatim *om. Leid. p. 155* istuc] tunc *libri p. 155*

168 aufert *Leid.* affert *W* *Senariorum duorum dimidia uulgo ponuntur* 169 his *Rott.* est infortunatus *Rott. Vat. Reg.* infortunatus 'scribendum esse quemque uidere' dicit *Spengelius* homo Paupér, qui *uulgo* 170 egestatem *Rott. Vat. Reg.* egestate *uulgo*

Cui fórtuna et res, útut est, continuo patet.
Nam opulénto famam fáctio occultat fáctio.

IX (14)

Edepól, senectus, sí nil quicquam aliúid uiti
Adpórtes tecum, cum áduenis, unum íd sat est,
175 Quod diú uiuendo múlta quae non uóll uidet.

X (6)

Patiére quod dant, quándo optata nóñ danunt.

biliter acres et illustres: apud Caecilium autem pigra istaec omnia et a rerum dignitate atque gratia uacua sunt. Post ubi idem seruus percontando, quod acciderat, repperit, has apud Menandrum uoces facit: *ὡ τρεῖς κακοδαίμων, ὅστις ὦν πένης γαμῆ καὶ παιδοποιεῖθ'. ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνὴρ, Ὃς μήτε φυλακῆν τῶν ἀναγκαίων ἔχει, Μῆτ' ἀν ἀτυχήσας εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου Ἐπαμφιάσαι δύναται τοῦτο ζηήμασιν, Ἄλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ Χειμαζόμενος ζῆ, τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων τὸ μέρος ἀπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδὲν μέρος.* Τπερ γὰρ ἐνὸς ἀλλῶν ἀπαντας νουθετῶ. Ad horum gutem sinceritatem ueritatemque uerborum an aspirauerit Caecilius, consideremus. Versus sunt hi Caecili trunca quaedam ex Menandro dicentis et consarcientis uerba tragici tumoris: is demum' e. q. s. 'Itaque, ut supra dixi, cum haec Caecili seorsum lego, neuiquam uidentur ingrata ignauaque; cum autem Graeca comparo et contendo, non puto Caecilium sequi debuisse. quod assequi nequiret.' Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem . . . Caecilius Filium in alta eorum famam occultabat factio.' Cf. Philum. II. Facile tibi persuadeas, excidisse Philumenae locum et uersum 172 in his latere, contra sentit Grauertus Anal. 110 IX Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius de sene

alteri saeculo prospiciente quam illud idem' (illud ^{ennii} idem, ennii m. alt. sed antiqua sup., Paris.): 'edepol' e. q. s. 'Et multa fortasse quae uult! atque in ea quidem quae non uult, saepe etiam adulescentia incurrit.' Nonius 247, 2 'aduenire, uenire. Caecilius in Plocio [173. 174].' X Nonius 97, 14 'danunt, dant . . .' XI Donatus in Ter.

171 res ut est libri res est, ut Spengelius eam omnium librorum lectionem perhibens patet Rott. 172 famem Rott. facilem Rott. Vat. Reg. occultat om. Rott. facio Rott. Hic uersiculus apud Nonium 304, 28 uidetur latere, ubi Ita eorum famam occultabat factio. Vide supra. Ita] alla ante Mercerum altam Bothius lata Junius ita Grauertus Anal. 110 173 nil Hermannus nihil libri quicquam om. Inderst. uitii Par. Salisb. Bened. Gud. uicii Rhenaug. Giss. Inderst. si nil quicquam aliud uiti] uti nihil aliud Nonius 174 adportes Rhenaug. Par. Bened. Gud. Inderst. apportes uulgo, Nonius satis est Bened. Giss. 175 quod diu] diu quis Manutius uult Par. Salisb. Inderst. uult uulgo 176 patere quod di dant Bothius 1 potiere quod dant idem 2. An potere

XI (11)

Viuás ut possis, quándo non quis út uelis.

XII (15)

abi întro atque istaec aúfer,

Tamen hódie extollat núptias.

XIII (18)

180 Quid hóc futurum obsóniost, ubi tántum sumpti
fáctum?

XIV (17)

Insánum auspiciu haut áliter histriónium est,

Atque út magistratus, públice quando aúspicant

XV (10)

Tú nurum non uís odiosam tibi esse, quam rarenter
uideas?

XVI (13)

Ibo ád forum et paupéii tutelám geram.

XVII (19)

185 Ibo domum: ad plebem pérgitur: publicitus defen-
dúndumst.

Andr. IV 5, 10 'quando ut uolumus, non licet] ... Caecilius in Plocio: uiuas' e. q. s. XII Nonius 297, 28 'extollere, differre. Caecilius Plocio: abi' e. q. s. (Plocias Basil.) XIII Nonius 484, 33 'sumpti pro sumptus ...' XIV Nonius 468, 25 'auspicau pro auspicatus sum ... Caecilius Plocio: insanum' e. q. s. 'Naeuius belli Poenici ... Caecilius Plocio: ut magistratus publice cum auspicant.' XV Nonius 164, 26 'rarenter pro rare.' XVI Nonius 220, 4 'paupertas generis feminini. Neutri Caecilius Plochio: ibo' e. q. s. XVII Nonius 513, 7 'publicitus pro publice ... Caecilius Plocio: ibo'

quod di dant? 177 non quis *Fabricius* nequis *libri* nequit *ed. Med.*,
unde nequitur *Spengelius* 178 istaec aufer *uulgo* ista haec aufert
libri istaec auferto *Bothius* *Vnum uersum uulgo* *continuant*
180 obsonio est *Bothius* 2 obsonio et *libri* 181 hospitium *Leid.*
haut *om. libri* *istrium libri* 182 quando] cum *libri loco*
utroque *insanum auspiciu!* — fallitur, *histrionium est* Neque
ut m., p. quando auspicant *Bothius* i. a.! haud aliter *histrionium* est,
Atque ut m., publice quoque auspicant *Spengelius* 183 nurum tu
non uis odiosam tibi Esse *Spengelius* 184 pauperi *libri* pauperio
Spengelius pauperie *Bothius* 185 ibi demum *Bothius* domum ibo
Grauertus Anal. 114 *pergitor Spengelius, fortasse recte* de-
fendendum est *libri plerique* defendendum est *Bamb.*

XVIII (8)

Opulentitate nostra sibi ne iniuriam
Faciám

XIX (7)

libérne es? —

Non súm, uero inibi est.

XX (11)

Nonius 199, 10 'catellae diminutium est catenarum et dicuntur genere feminino. Caecilius Plocio: catellae. Neutrum' e. q. s.

POLVMENI

190 At pól ego neque florém neque flocces uólo mihi,
uinúm uolo.

PORTITOR

. cur depopulator? gérrae!

PROGAMOS

Ita quód laetitia mé mobilitat, maéror molitúr metu.

e. q. s. XVIII Nonius 146, 14 'opulentitas pro opulentia Caecilius Potio: opulentitate' e. q. s. (Plocio ed. 1526) XIX Nonius 124, 25 'inibi pro sic et mox . . .'

Polumeni Menandri? Cf. Ritschelius Parerg. I 160. Ex inc. XXIV fortasse comparari possit cum Menandri I his: *τάλας, ἔστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις τὸ φορτίον θείεις; σιτόκουρον, ἄθλιον, ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν.* Nonius 114, 17 'flocces, faex uini. Caecilius: ad pol' e. q. s. Gellius XI 7, 6 'item flocces audierat prisca uoce significare uini faecem e uinaceis expressam, sicuti fraces oleis: idque apud Caecilium in Polumenis legerat.'

Portitor Cf. Ritschelius Parerg. I 158 Nonius 118, 33 'gerrae, nugae, ineptiae . . . Plautus Asinaria: gerrae! . . . idem .. congerro meus, ut conlusor meus, qui eadem exerceat nugas. Caecilius Portitore: cur d. g.

Progamos (Πρόγαμοι Menandri?) Nonius 346, 14 'moliri, retinere, morari ac repigrare. Caecilius Progamo: ita' e. q. s. Add. Nauck. I

186 ne om. libri 187 factam *Merccerus* opulentitate iniuriam factam sibi *Nostra Bothius, qui poterat saltem*: opulentitate nostra iniuriam Sibi factam 190 at *Bothius* ad libri flocces *Gellius* flocces *Nonius* 191 depopulato *Leid.* fur depopulator gerro *Rostius comm. Plaut. 282, non male* 192 laetitia *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 847 letiale libri* ita Quód letale *Grauertus Anal. 114, 'i. e. ad mortem usque, aduerbii significatione'*

PVGIL

Tum intér laudandum hunc tímídum tremulis pál-
pebris

Percútere nictu: hic gáudere et mirárier.

SVMBOLVM

I

195 Destítuit omnes séruos ad mensam ánte se.

II

Audíre, ignoti quae ímperant, soleó, non auscultáre.

SYNARISTOSAE

Heri uéro prospexísse eum se ex tégulis:

Haec núnctiassé et flámmeum expassúm domi

SYNEPHEBI

I (3)

In amóre suaue est súmmo summaque ínopía,

Pugil Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membro-
rum nisi saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — unde quidam
nictationem, quidam nictum, ut Caecilius in pugilem: tum' e. q. s.
Paulus p. 176 M. 'dicimus enim nictationem et nictum. Caecilius: hunc
tremulis p. p. nictu.'

Symbolum I Nonius 280, 2 'destitui rursus statui ... Caecilius in
Symbolo: destituit' e. q. s. II Nonius 246, 14 'auscultare est obsequi
... Caecilius Symbolo: audire' e. q. s. (Symbolo Mercerus sembono
Leid. Gen. embono ceteri libri Embolo Scaliger Emporo Turnebus
Adu. XXIX 20, Lipsius Epist. quaest. I 18 Hypobolimaeo Junius)

Synaristosae Ex Menandri Synaristosis haec (IV): Ἐρωσ δὲ τῶν
θεῶν Ἰσχὸν ἔχων πλείστην ἐπὶ τοῦτον δείκνυται. Διὰ τοῦτον ἐπιροκοῦσι
τοὺς ἄλλους θεοὺς affluia uideri possunt amoris laudibus quae sunt apud
nostrum inc. fab. XV. Gellius XV, 15 'ab eo quod est pando, pas-
sum ueteres dixerunt, non passum, et cum ex praepositione expassum,
non expansum. Caecilius in Synaristosis: heri' e. q. s. Nonius 370, 14
, passum dispersum, solutum ... Caecilius in aristosis: heri' e. q. s.
(aristoteris Basil.)

Synephebi Menandri teste Cicerone de fin. I 2, 4 et de opt. gen.
or. II 18 I Cicero de nat. deor. III 29, 72 'ille uero in Synephebis Aca-
demicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione,

193 ludendum uir doctus ap. Stephanum 194 nictum Festi cod.
196 quae Bothius quod libri 197 eum se Petau. Voss. Germ. Magl.
Lugd. Paris. Reg. eum ce ante M. Hertzius se... flammeum om. No-
nius 198 haec m. pr. sup. Petau. haec Voss. nunciass; Paris. nun-
tiasset Petau. Voss. Germ. Magl. Lugd. Reg. dñi Lugd. et corr. in
domi Paris. 199 in amore summo suaue est summaque inopia Bothius
in amore summo summa inopia suauius Spengelius suaue] si auo

- 200 Paréntem habere auárum inlepidum, in líberos
 Difficilem, qui te nec amet nec studeát tui.
 Aut tu illum fructu fállas aut per líteras
 Auértas aliquod nómen aut per séruolum
 Percútiás pauidum, póstrémo a parcó patre
 205 Quod súmas, quanto díssipes libéntius!

* * *

Quem néque quo pacto fállam neque ut inde auíferam,
 Nec quém dolum ad eum aut máchinam commóliar
 Scio quícquam: ita omnis meós dolos fallácias
 Praestígias praestrínxit commoditás patris.

II (2)

- 210 Serít arborés, quae alterí saeclo prósimt.

qui in amore summo summaque inopia suave esse dicit parentem ... tui. Atque huic incredibili sententiae ratiunculas suggerit: aut tu illum ... libentius. Idemque facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat, quem neque quo pacto ... patris. Quid ergo isti doli? quid machinae? quid fallaciae praestigiaeque? num sine ratione esse potuerunt? Il Cicero Catonis mai. 7, 24 'nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse vivere: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil omnino ad se pertinere. Serit' e. q. s. 'ut ait Staius noster in Synephebis. Nec uero dubitat agricola, quamvis sit senex, quaerenti cui serat respondere: dis immortalibus ... Melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam' e. q. s. Idem Tusc. disp. I 14, 31 'serit' e. q. s. 'ut ait ille' ('ille' add. Wolfius, prob. Wesenbergius Emend. Tusc. II 7) 'in Synephebis, quid

Leid. 118 (c) 200 inlepidum *Leid.* 84 (a) c *Erl.* *Vind.* 201 nec amet (amet in ras. m. alt.) *Leid.* a necari. et nec *Leid.* c *Erl.* necari^{am} nec *Vind.* sui || tui (sic, in fine et in principio paginae) *Vind.* 203 seruolum *Leid.* a *Vind.* 204 pauidum] timidum *Rehd.* 205 dissipes *Leid.* c *Erl.* dissipis *Leid.* a *Palat.* (an recte? cf. insipere) dissipes (corr. m. cad.) *Vind.* dissupas *Rehd.* dissipas *Glog.* cum uulgo 206 neque ut inde *Busilid.*, *Spengelius* neque ti inde *Vind.* neque unde *Leid.* a *Erl.* *Palat.* cum aliis neque un̄ *Leid.* c neque aliquid *Glog.* neque qui inde *Heindorfius* nec quid inde *Schoemannus* neque quid *Bothius* 207 neque quem *Erl.* commolior *Pal.* 208 omnis *Leid.* a m. pr., *Vind.* omnes uulgo 209 praestrinxit *Leid.* a c *Erl.*, item *Pal.* ut uid. cum aliis plerisque praestrinxit *codd. aliq.*, *Lambinus* 210 serunt *Giss.* (Cat.) sc̄to *Rhen-aug.* (Cat.) prosunt *Giss.* (Cat.) prosient *Par.* in mg. m. alt. sed

III

Pró deum, populárium omnium, ómniū adulescéntium
Clámo postulo óbsecro oro plóro atque inploró fidem!

* * *

in ciuitáte fiunt fácinora capitália:

Nám ab amico amánte argentum accipere meretrix
nunc neuolt.

IV (1)

215 Ad réstim res redit. — Immo collus, nón res: nam
ille argéntum habet.

SYRACVSII

I (2)

Vide, Démea, hominis quíd fert morum similitas.

II (1)

. . tantan hinc inuasit in tua corda dulcitas?

III (3)

híc amet,

spectans nisi etiam postera saecula ad se pertinere?' III Cicero de nat. deor. I 6, 13 'conuocandi omnes uidentur, qui quae sit earum' (sententiarum) 'uera, iudicent ... itaque mihi libet exclamare, ut in Synephebis: (sic Leid. 84 118 ut Terentius in ephēbis Erl. ut Stātius in S. alii ut Plautus in S. alii ut ille in S. Vrsini cod.) 'pro deum ... fidem, nou leuissima de re, ut queritur ille in ciuitate fieri facinora ... neuolt; sed ut adsint cognoscant animaduertant' e. q. s. Deest locus in Viudob. et Palat. 1519 IV Nonius 200, 21 'collus masculino Caecilius Harpazomene ... idem Soenefebis: ad restim' e. q. s. (soeneiebis Leid. Synephebis ed. 1526)

Syracusii (Συραχάσιος Alexidis?) I Nonius 177, I 'similitas, similitudo. Caecilius Syracusis: uide' e. q. s. II Nonius 96, 28 'dulcitas, dulcitus pro dulcedo ... Caecilius Syracusis: tantan' e. q. s.

III Nonius 301, 22 'stare iterum horrere significat ... Caecilius Syracusis: hic' e. q. s. (Syracusis Junius)

ant. (Cat.) serit 'Arbores quae álteri saéculo prósient G. Herman-
nus 211 proh Erl. 212 omnium, omnium Leid. c ut uid.,
Manutius omnium (semel) Leid. a cum libris plerisque animum Erl.
adulescentium Leid. ac adol. Erl. cum ceteris 213 in ciui-
tate fieri Leid. ac Erl. cum aliis fieri in ciuitate Orellius fieri in ciui-
tate posito extra uersum fieri Schoemannus Eisdem numeris adu-
lescentem perrexisse uideri monet Spengelius, itaque in senariis frus-
tra laborauit Beierus Diurn. Jenens. 1822 p. 154 214 nam om.
libri nunc neuolt] n̄uult Leid. c non uult Leid. a Erl. cum ceteris
neuolt Nobbius 216 fert edd. feret libri 217 tantan Mercerus

Fámiliae famé perbitant, áger autem stet séntibus.

TITTHE

I (6)

220 Praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

II (4)

egon uitám meam

'Atticam conténdam cum istac rústicana, méa Syra?

III (1)

Pér mysteria hic inhoneste honéstam grauidauit
probro.

IV (2)

atque hércle

225 Vtrásque te, cum ad nós uenis, subfárcinatam uídi.

V (3)

ádiacentem cómpitum

VI (5)

. . . . hic dúm abit, huc concéssero.

Titthe Exempli optio data est inter *Τιτθᾶς* Eubuli, *Τιτθῆν* siue *Τιτθᾶς* Alexidis, *Τιτθῆν* denique Menandri. Nisi forte huic potissimum calculum propterea adicies quod Menandrea: *οἱ τὰς ὀφρῶς ἀφροντες ὡς ἀβέλτεροι Καὶ "σκέφουμαι" λέγοντες κ. τ. λ.* quodam modo redire uidentur in nostri fr. inc. XXIII I Nonius 483, 4 'lacte nominatio casu ab eo. quod est lac ... Caecilius Tite: praesertim' e. q. s. II Nonius 258, 34 'contendere significat comparare ... Caecilius Titthae: egor' e. q. s. III Nonius 118, 11 'gravidauit, impleuit. Caecilius Titte: per' e. q. s. IV Nonius 183, 25 'utrasque pro utrimque uel utrosque. Hemina Historiarum lib. III: in Hispania pugnatum bis: utrasque nostri loco moti. Caeleus Tihe: atque' e. q. s. (Lachmannus in Lucr. 104 corrigi iubet: utraque pro utrimque uel utrobique, uereor ut recte, utraque iam Aldus. Cf. 'alias' Caecilius Titthe Mercerus) V Nonius 196, 9 'compita ... masculino Varro de sceniciis originibus lib. III: ubi compitus erat aliquis. Caecilius Titthe: ubi a. c.' VI Nonius 270, 6 'concedere, recedere uel cedere ... Caecilius Tithe: hic' e. q. s.

tantam *libri* hinc *Mercerus* huic *libri* in corda indulcitas *libri*
in cor Dauí dulcitas *Mercerus* in cor damni dulcitas *Bothius* 2

219 familiae fame pereant *libri* familia ei fame perbitat *Bothius* 2 familiae fame depereant *Beierus ad Cic. Off. T. II p. 281* familiae pereant, *om.* fame *Spengelius* 220 disertim *uir doctus apud Stephanum* 222 rusticana Syra *libri* rustica dura (uel uana), Syra *Spengelius* 223 misteria *Bamb.* honestam *Bothius, om. libri* probro *W* 225 te *Mercerus* et *libri* suffarcinatam *Mercerus* subfraginatam *libri* 226 ubi adicientem *libri*, *cf. supra* ubi adiacentem *uir doctus apud*

TRIVMPHVS

I (1)

Hierocles hospes ést mi adulescens ádprobns.

II (2)

Nunc meae malitiae, Astútia, te opus ést subcenturiari.

EX INCERTIS FABVLIS

I

230 Nunc enim demum mi ánimus ardet, nunc meum cor
cumulátur ira.

II

O infélix, o sceléste!

* * *

Egóné quid dicam? quíd uelim? quae tu ómnia

Triumphus I Gellius VI (VII) 7, 9 'adprobns tamen, quod significat nalde probns, non infitias eo quin prima syllaba acui debeat. Caecilius in comoedia quae inscribitur Triumphus, uocabulo isto utitur: Hierocles' e. q. s. II Festus p. 306 M. 'succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere — Caecilius in Triumpho: nunc' e. q. s. Paulus p. 307 M. 'succenturiare — supplere. Caecilius: nunc' e. q. s.

Ex incertis fabulis I Cicero pro Caelio 16, 37 'redgo nunc ad te. Caeli, uicissim, ac mihi auctoritatem patriam seueritatemque suscipio: sed dubito quem patrem potissimum sumam: Caecilianumne' ('caecilianumne' Brux. Erf.) 'aliquem, uehementem atque durum? Nunc enim' e. q. s. Idem de fin. II 4, 14 'intellegas inter illum qui dicat: tanta laetitia auctus sum ut nil constet, et eum qui: nunc demum mihi animus ardet, quorum alter laetitia gessiat, alter dolore crucietur, esse illum medium ... qui nec laetetur nec angatur.' Caecilianum patrem Quintilianus XI 1, 39 Terentiano opponit. Ei autem uel in Asoto (II) uel in Fallacia (I) uel in Hymnide (VIII) uel in Pansimacho (IV) fngas partes fuisse II Cicero pro Caelio 16, 37 ubi eis quae ad I descripsimus, statim haec subiunguntur: 'aut illum: o infelix, o sceleste! Ferrei sunt isti patres. [232. 233] Vix ferendi.' (sic Paris. Brux. Erf.) 'Diceret talis pater [234—242] Hinc tristi ac seuero seni responderet Caelius'

Steph. abi (uel ubi? —) ad adicientem *Bothius* I ibi adiacentem *idem* 2 ubi adi ad adiacentem *Spengelius* 228 Hierocles *Vat.* Hierocles *Reg.*

mi *Bothius* in *Reg.* mihi *uulgo* adulescens *Vat. Rott.* adol. *uulgo* 229 *Numeros Bergkiius Ephem. Halens.* 1842 II p. 239 *perspexit* militiae *Festi cod.* astutia, om. te, libri astutiam *O. Muellerus* opus est subcenturiari *Bergkiius l. l.* opus est subcenturia *Festi cod.* opus est succenturia *Paulus* opus est subcenturiare *O. Muellerus* est succenturiata opus *Bothius* 230 In numeris frustra elaborauit *Beierus ad Cic. Off. T. I* p. 178 mihi *uulgo* 232 quid dicam *Paris.*

Tuis foédis factis fácis ut nequiquám uelim.

* * *

Istam in uicinitátem te meretriciam

235 Cur cóntulisti? cúr inlecebris cógnitís

Non . . . refúgisti

. cur álienam ullam múlierem

Ností?

. dide ac díssice,

240 Per mé licebit

. . si egebis, tibi dolebit, míhi sat est,

Qui aetátis quod reliquóm est oblectém meae.

III

Vt me hódie ante omnes cómicos stultós senes

Versáris atque emúnxeris lautíssime.

e. q. s. III Cicero Lael. 26, 99 'quid autem turpius quam inludi? Quod ut ne accidat, magis cauendum est . . . ut me hodie' e. q. s. (magis libri omnes Fleckeiseni excepto Vindob. nude nihil enotatum habet, om. uulgo cauendum est ut me hodie libri omnes, nisi quod l'in eo die sup. Vindob. e. est ut in Epicureo me hodie edd. Vindelini de Spira cum Victoriana et aliis, nude in Epiclero me hodie recentiores e. est ut in Fodicante con. Fleckeisenus) Idem Cat. mai. 12, 36 'nam quos ait Caecilius comicos' (comicus Rhenaug. Par. Salisb. Bened. Gud. Inderst.) 'stultos senes, hos significat credulos obliuiosos dissolutos, quae nitia sunt non senectutis, sed inertis ignaue

m. pr. quid uelim *Spengelius* quid uelim ego me *Erf.* egone (om. quid uelim) *Brux.* egone quid uelim *Paris.* cum ceteris quae referendum ad omnia, de quibus in superioribus sermo fuerat. qui *Spengelius*

233 nequiquam *Paris.* *Brux.* nequidquam uulgo 234 eur te in istam uicinitatem (ciuitatem *Brux.*) meretriciam contulisti? *Cicero* eur in uicinitatem istam meretriciam Te contulisti *Spengelius* 235 inlecebris *Paris.* illecebris uulgo 236 sq. non effugisti? eur alienam mulierem Cognosti . . . *Spengelius* 239 dide ac dissice *Putcanus* dide (dede *m. alt.*) ac disce *Paris.* dideae ac disce *Brux.* dii deae ac disce *Erf.* dide disice *Orellius* 240 per] er in *ras.* plurium lit. *Paris.* licebit] lic in *ras.* *Paris.* 241 si egebis om. *Spengelius* dolebunt *Brux.* sat est om. *Brux.* *Erf.* 242 reliquom *Paris.* reliquum uulgo 243 coamicos *Gud. Salisb. Bened. Vind.* amicos *August.* 244 uersaris atque om. *August.* emunxeris *Bentleius* in *Hor. A. P.* 96 unxeris *Palat.* a uti uixeris unus ex *C. Langii* libris ut iusseris, sup. l'ut uixeris *Vind.* ut iusseris *Salisb. Bened. Erf., Gulielmii* quaest. in *Persam* c. 4 quinque mem-

IV

245 'St tacete: quid hoc clamoris? quibus nec mater nec
pater,

Tanta confidentia? auferte istam enim superbiam.

V

Si confidentiam adhibes, confide omnia.

VI

Appuleius Apolog. p. 408 'sane quidem si uerum est quod Statium Caecilium in suis poematibus scripsisse dicunt, innocentiam eloquentiam esse.' Scripserat fortasse:

. . . innocentia eloquentiast.

VII (4)

Tantum rem dibalare, ut pro nilo habuerit.

VIII (13)

250 . . . nimis audacem nimisque bardum barbarum

IX (15)

Quisquilias uolantis, uenti spolia memorant: i modo!

somniculosae senectutis,' IV Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum mutatus. aut aliqua pars uersus, ut Staius Scauro stomachanti: (ex quo sunt nonnulli, qui tuam legem de ciuitate natam, Crasse, dicant:) st tacete' e. q. s. (Seius Scauro st. ed. Rom. Statii a Scauro stomachante Bakius) Deest locus in Erl. uet. et Abrinc. V Isidorus Orig. X 40 'confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. Vnde et Caecilius: si' e. q. s. VII Varro de L. L. VII 103 M. 'multa ab animalium uocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut . . . Caecilii: tantum' e. q. s. (Cilii Flor. teste H. Keilio, Haun.) VIII Paulus Festi p. 34 M. 'bardus stultus, a tarditate ingenii appellatur. Caecilius: nimis' e. q. s. Thes. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 72 'dicitur quoque stultus hic blemnus, ni, et hic bardus, di, unde Caecilius: nimis' e. q. s. IX Festus p. 257 M. 'quisquiliae dici putantur, quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumue cadit, uelut

branae 'perantiquae' iusseris Gud. illuseris August. 245 st] sed Erl. b, ed. Rom. pater sit Erl. b, ed. Rom. 246 confidentia Schuetzius conf. estis *antea cum libris* auferte nunc istam superbiam ed. Rom. *Lagomarsiniorum apud Ellendium uarietatem non enotauit* 247 Sic Otto secundum Gu. 2 et Areali codd. quosdam si conf. in aliis adhibes, habes cum fide omnia Gu. 1 et (nisi quod tunc pro cum) ed. pr. altera si conf. habes, confide omnia uulgo 249 tantam Scaliger, qui dibalare rem interpretatur *καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν* 250 barbarum om. Thes. 251 memoranti modo cod. me-

X

'Omnibus laetitiis laetus incedo

XI (18)

. quantum amantum in Attica est

XII (8)

nomen uirginis

255 Nisi mirum est, deintegrabit.

XIII (31)

Venerio cursu ueni, prolato pede

Vsque ad scaphonem

XIV

. mane ut ex portu in Piraeum

XV

. deum qui non summum putet,

260 Aut stultum aut rerum esse imperitum existumem:

Cuius in manu sit, quem esse dementem uelit,

quidquidcaedae. Caecilius: quisquilias' e. q. s. Cf. Hymnis VI VII

X Cicero de flu. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit, eandem quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitiis laetum esse se narrat.' Idem ad fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis.' (laetitiis laetus Martynus Laguna) Cf. Epist. II Obolost. V XI Charisius I p. 98 P. (70 L.) 'amantum Caecilius, ut etiam Plinius notat: quantum' e. q. s. XII Nonius 101, 25 'deintegrare, deminueret ... Caecilius: nomen' e. q. s. XIII Isidorus Orig. XIX 4, 5 'scaphon funis in prora positus. De quo Caecilius: Venerio' e. q. s. (Caecilius] cecilius, superscr. m. rec. uel lucilius, Frising. licinius, superscr. eadem m. uel cecilius Tegerns., uide de auctore huius loci dubitari posse monet Spengelius) XIV Cicero ad Att. VII 3, 10 'uenio ad Piraeae, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piraeae scripserim, non Piraeum — sic enim omnes nostri locuti sunt — quam quod in addiderim ... nostrum quidem si est peccatum, in eo est quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco, secutusque sum, non dico Caecilium: mane' e. q. s. 'malus enim auctor Latinitatis est, sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi: heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeum.' Cf. Aethr. I XV Cicero Tusc. disp. IV 32, 68 'totus uero iste qui uulgo appellatur amor ... tantae leuitatis est, ut nihil uideam

moras, i modo Scaliger 253 in Attica] in natica cod. in riatica edd. uiaticum Bothius 255 deintegravit libri 256 pede] sc. ueli

257 scaphonem Emeranus saphonem uel safonem ceteri libri 258

Piraeum uulgo Piraeum libri 259 ego uero Amorem deum suppleuit Bentleius 260 existumet (ex Ciceronis ore) Reg. Pith. Gud.

existimat uulgo existumo Bentleius 261 cuius Ernesti cui libri, non offendit Bentleium demente Reg. Gud.

Quem sápere, quem sanári, quem in morbum íneci

Quem cóntra amari, quem éxpeti, quem arcéssier.

XVI

Homo hómíni deus est, sí suum officiúm sciat.

XVII (27)

265 Fáta sunt quae díui fantur.

XVIII (2)

Saépe est etiam súp palliolo sórdido sapiéntia.

XIX (10)

Quaeso ígitur, quisquis és, mea mulier . . .

XX (9)

Grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus

XXI (6)

Aduéhítur cum iligná corona et chlámýde: di uostrám
fidem!

quod putem conferendum. Quem Caecilius deum' e. q. s. XVI Symmachus epist. IX 114 'recte Caecilius comicus homo, inquit, homini' e. q. s. Cf. Epist. II Obolost. V XVII Servius in Aen. II 777 'sine numine diuini] sine fati necessitate, ut enim Statius dicit: fata' e. q. s. 'uel quae indubitanter eueniunt.' XVIII Cicero Tusc. disp. III 23, 56 'hic Socrates commemoratur, hic Diogenes, hic Caecilianum illud: saepe' e. q. s. XIX Nonius 197, 34 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . . Caecilius: quaeso' e. q. s. Cf. Harpaz. I Imbr. III XX Nonius 119, 19 'grammae, pituitae oculorum.' Cf. Plocium XXI Gellius V 6, 12 'ciuica corona . . . fit e fronde querneae . . . fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii: aduehantur, inquit, cum' e. q. s.

262 sanari *Oxonm. alig. ut uid., Manulius, Bentleius* insanire *ceteri libri* iniei *libri* *Versum talem fere: quem odio esse, quem contemni, quem excludi foras excidisse uidit Bentleius* 263 quem expeti, quem arcessier *Bern., Erasmus, Bentleius* quem expeti quem arcessiri (accessiri *Pith. teste Tregdero* accersiri *idem teste Wesenbergio*) *ceteri libri* quem accersiri, quem expeti *Cratandrina* 265 quae diui fantur *Bothius* quae dii fantur *uulgo* quae indubitanter eueniunt uel fata sunt quae dii fantur *Guelf. a, Monac. Spengelii* 266 sepe *Gud. sup Gud. et Wesenbergio teste Pith. sub uulgo* sordida *Pith. teste eodem* 268 grammonsis *Leid. grammosis ceteri libri* grammosis *Merccerus* grammosis *Spengelius tacite* dentibus *Aldina* gentibus *libri* 269 aduehitur *Bothius* adueantur *Roll. aduehū et unt in fine et in principio*

XXII (16)

270 Pro di immortales! unde prorepsit truo?

XXIII (26)

sic quassante capite tristes

Incédunt.

XXIV (21)

. séquere me: praei hércle tu, qui mi óscitans

Hietánsque restas.

XXV

Cicero de orat. II 10, 40^r et Crassus, nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliuit hominemque reddidit. Nam hesterno sermone unius cuiusdam operis, ut ait Caecilius, remigem' (regim̄ Erl. m. pr.) aliquem aut baiulum nobis oratorem descriperas, inopem quendam humanitatis atque inurbanum.'

XXVI

275 Dum taéniam qui uólus uincirét . .

XXVII (20)

Profécto qui nóbis in mún-do futúrum

Lectum

Cf. Triumphus XXII Paulus Festi p. 367 M. 'truo anis onocrotalus. Caecilius irrideus magnitudinem uasi: pro' e. q. s. XXIII Seruius in Georg. I 74 'quassante, i. e. quassa, quae sonet cum quassatur.' Cf. Tithe XXIV Diomedes I p. 336 P. 'hietare et hiatare ... Caecilius: sequere' e. q. s. (caelius Par. Mon.) Cf. Polum. XXVI Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse lanam capitis honorati, ut sit apud Caecilius in Androgyno [1] et alias: dum' e. q. s. O. Muellero hic uersiculus Caecilii non esse uidetur XXVII sq. Charisius II p. 181 P. (119 L.) 'in mundo pro palam et in expedito, ac cito; Plautus ... Caecilius quoque ut Annaeus Cornutus libro tab. castarum patris sui: profecto' e. q. s. 'Item idem: namque' e. q. s. (uttaneus cornutus lib. tab. castarum patris sui cod. ut Annaeus Cornutus libro fabularum castarum patris sui Lindemannus. In literis tab. castarum O. Jahnius Proleg. in Pers. p. XXI latere coniecit tabernarium, in sequentibus autem patris sui titulum fabulae, Caecilianum

paginae Vat. iligna M Hertzius, Fleckeisenus *Epist. crit. ad M. Hertzium* p. 25 lignea Reg. ilignea ceteri di uestram fidem libri plerique diues trans fidem (*corr. m. pr.* diues tram) *Roll.* nostram fidem, om. di, *Guelph.* 270 unde hic *Aldina*, *Spengelius* 271 si libri 273 peri *Par. Mon.* ercle *Par.* mihi *uulgo* 275 uinciret, petit *Aldina*

XXVIII

. . . . nám qui malum ín mundo scíret

XXIX (23)

Si nón sarciri quítur

XXX (25)

280 Dí boni! quid hoc?

XXXI

Seneca epist. 113, 26 'haec disputamus adtractis superciliis, fronte rugosa. Non possum hoc loco dicere illud Caecilianum: o tristes ineptias! ridiculae sunt.'

XXXII

íncolumi insciéntia

XXXIII (28)

Macrobius Sat. III 15 (II 11), 9 'sed quis neget indomitam apud illos et, ut ait Caecilius, uallatam gulam fuisse?' (caelius sup. ci Angl.)

denique locum excidisse) XXIX Diomedes I p. 380 P. 'quitus sum ... queuntur. Caecilius praeterea: si n. s. quitur.' XXX Rufinus de metris com. p. 2707 P. (379 G.) 'Varro in VII: clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium: an haec iam obliti sunt Phryges? Non nunquam ab his initium fit, ut apud Caecilium: di boni quid hoc? apud Terentium: discretior animi.' Aut iambicum monometrum esse, uoce 'boni' in unam syllabam contracta, aut quod ueri similis sit errasse Rufinum dicit Hermannus Elem. d. m. 181. Sed est Varro, non Rufinus. In Epit. autem p. 70 idem sic pronuntiat, Caecilii uersum, si fuerit clausula, aut monometrum esse acatalectum uocabulo 'boni' in unam syll. contracto, aut correptum esse 'hoc' numero cum sequente uersu perpetuato. Sed fortasse non magis haec fuisse clausulam quam fuisse uidentur Terentii Adolph. IV 4, 1. At quartum, ni fallor, datur, ut tripodiam trochaicam catalecticam di boni quid hoc secuti fuerint numeri iambici. Certe apud Terentium si discretior animi clausulam trochaicus uersus exciperet, numeros ferri posse ipse Hermannus Epit. 70 concedit, clausulas autem aut cohaerere cum aliis uersibus aut non cohaerere docet ibidem. Itaque non uideo cur eundem numerum cum sequentibus habere debeant, quod praecipitur Elem. 181 XXXI illud Caecilianum] illud Caecilianum Vat. εη illud Celanum Urb. illud Cicilianum Ottob. o illud Celiani Palat. illud Caecilianum Par. I. 4 illud celani Ottob. ε XXXII Fronto epist. II 9 p. 54 ed. Rom. (48 Nieb.) 'igitur paeue me Opicum animantem ad Graecam scripturam perpulerunt homines, ut Caecilius ait, incolumi inscientia.'

278 namque *cod.* num qui *Lindemannus* sciret *Lindemannus*
si ire *cod.*

XXXIV (32)

Donatus in Ter. Eun. IV 7, 45 'domi et foci genetiui sunt. Caecilius: decora domi.'

XXXV (11)

Nonius 229, 4 'tapete generis neutri. Turpilius et Caecilius: glabrum tapete.'

XXXVI (17)

Charisius I p. 80 P. (58 L.) 'Leontion et Chryson et Phanion' (ita Spengelius. 'Thyrusion et Faunion' cod.) 'ex neutris Graeci feminina neutra fecere, et Plautus quod dixit haec Phronesium et Caecilius Leontium.'

XXXVII

Horatius A. P. 238 'ut nihil intersit Dausne loquatur et audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum, An custos famulusque dei Silenus alumni.'

XXXVIII (22)

Diomedes I p. 378 P. 'gnoscit ait Caecilius.'

XXXIX (19)

Charisius I p. 104 P. (74 L.) 'facilioreis Caecilius, inquit Plinius, idem et sanctioreis ait.'

XL

Festus p. 229 M. 'profesti dies di[cti], quod sint procul a religione numinis] diuini. Caecilius
. . . sti tantundem [Afranius] in Priuigno'
e. q. s. (Caecilius . . . uel Caecilii . . . testatur H. Keilius Mus. phil. VI 622)

XXXVII Comm. Cruq. in l. l. 'Pythias persona comica in comoedia Lucilii, quae inducitur per astutias accipere argentum a Simone domino suo in dotem filiae.' Cf. Acro: 'non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium inducitur tragoedigraphum ancilla per astutias accipere argentum a domino. Nam fefellit dominum et accepit ab eo argenti talentum: fuit enim haec eadem meretricula rapax, ut Thais, quae lucrum facit.' Caecilii nomen oblitteratum restituendum esse recte monuit Orellius: nam quae de Nummularia, si dis placet, Lucilii J. Beckerus Mus. phil. V 36 sqq. cecinit, nostra quidem opinione mera sunt glaucomata.

IUVENTIVS

ANAGNORIZOMENE

Quód potes, sile céla occulta lége tace mussá mane.

EX INCERTIS FABVLIS

I

gaúdia

Sua si ómnes homines cónferant unum ín locum,
Tamén mea exsuperet laétitia.

II

5 pállium

Non fácio flocci ut spléndeat

III

. . . caput ei téstatim diffrégero.

Iuuenti Anagnorizomene Festus p. 298 M. '[summu]ssi dicebantur [murmuratores] — — nam mussare sille dicitur. Iuuenti]s in Agnorizomene: quod' e. q. s. (Anagnorizomene Augustinus.) Paulus Festi p. 299 M. 'summussi . . . Terentius mussare pro tacere posuit, cum ait: sile . . . mussa.' (Iuuentius Lindemannus Terentius Paulus, quem intellegit Terentium Libonem Fregellanum Scaliger Coni. in Varr. p. 83 Caecilius Vrsinus, de quo dubitat Spengelius. Cf. inc. fab. I. II)

Ex inc. fab. I Varro de L. L. VI 50 M. 'laetari ab eo, quod latius gaudium propter magni boni opinioem diffusum. Itaque Iuuentius ait: gaudia' e. q. s. (iuuentus Flor. teste H. Keilio, Hann. Par. a iuñcius Par. b Terentius vulgo) II Gellius XVIII 12, 2 'id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter sese mutua uerterent. Iuuentius in comoedia: pallium, inquit, non facio f. ut s. Nonne hoc impendio uenustius gratiusque est quam si diceret: maculetur?' (Iuuentius Rutgersius Var. lect. IV 19 iuuentus Petau. Voss. Germ. Lugd. Reg. iuuentus Par. terentius Magl.) III Charisius II p. 196 P. (132 L.) 'testatim; Iuuentius: caput ei t. d.' Hic locus ima codicis pagina scriptus ac prope euandus desideratur in ed. pr., additus est a Putschio ex codice Dousae, i. e. ex conlatione nostri codicis facta a Dousa. Verba iuuentius caput ei minus certa sibi apparuisse testatur H. Keilius

3 omnes homines] omnia omnes *Spengelius Emend. Varr. p. 4*
5 paulium *Par.* pallium inquit flocci ut splendeat *Magl. p.* inquit.
S. flocci ut splendeat *Germ. p.* inquit flocci ut splendeat *Reg. Lugd.*
et nisi quod flacci Par. p. inquit. S. flocci ut splendeat *Petau. Voss.*
p. Flocci non facio ut splendeat *uel pallium flocci non f. ut s.*
Fleckeisenus Epist. crit. ad M. Hertziun p. 45 7 defregero *cod.*
defregero *vulgo*

IV

Varro de L. L. VII 65 M. 'scrupipedas Aurelius scribit ab scauripeda: Iuuentius comicus dicebat a uermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius a pede ac scrupea.'

LVSCIUS LAVINIVS

PHASMA

Donatus in Ter. Eun. prol. 9 'idem Menandri Phasma nunc nuper dedit] bene nunc nuper, ut ex uicinitate facti ostendat, nihil esse dicendum quam displicuerit haec comedia Lusciï Lauinii, propterea quod res recens sit et omnes meminerint. Phasma autem nomen est fabulae Menandri . . . [Vtrum ergo hoc dicat quod totam fabulam transferendo laeserit Luscius Lauinius, an hoc tantum, de quo reprehendat, sed' (fort. 'et') 'his signis uelit ostendere quam dicat uitiose Thesaurum composuisse, ut in Thesauro sit culpa, non in Phasmate?]' Haec a Donato aliena uidentur. Deinde enim: 'hanc fabulam totam damnat, ut apparet, silentio: Thesaurum uero non totum, sed ex uno loco.'

THENSAVRVS

Terentius Eun. prol. 10 'atque in Thensauro scripsit causam dicere Prius, unde petitur, aurum quare sit suum, Quam ille qui petit, unde is sit thensaurus sibi, Aut unde in patrium monumentum peruenerit.' Donatus in l. l. 'arguit Terentius quod Luscius contra consuetudinem litigantium defensionem ante accusationem induxerit. Huius modi enim est Lusciï argumentum: adolescens, qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, seruum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi uiuus magnis opibus apparauerat, ut id aperiret, inlaturus epulas, quas pater post annum decimum cauerat sibi inferri. Sed eum agrum in quo monumentum erat senex quidam auarus ab adolescente emerat. Seruus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis thesaurum cum epistola ibi-

dem reperit. Senex thesaurum tamquam a se per tumultum hostilem illic defossum retinet et sibi uendicat. Adulescens iudicem capit, apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit:

Athénienses, béllum cum Rhodiénsibus
Quod fúerit, quid ego hic praédicem?

et cetera. Quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta notat Terentius: quod ille ordo potior erat, ut adulescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur.' Cf. *Ἠσαυρός* Anaxandridis Archedici Cratetis Dioxippi Diphili Menandri: nam Philemionis fabulam Plautus uertit in Trinummo. Menandrum Lauini auctorem esse probabilis est uirorum doctorum coniectura.

EX INCERTIS FABVLIS

Terentius Heaut. prol. 31 'ne ille pro se dictum existimet, Qui nuper fecit seruo currenti in uia Decesse' ('Dixisse' Bentl.) 'populum, cur insano seruiat. De illius peccatis plura dicet, cum dabit Alias nouas, nisi finem maledictis facit.'

VALERIUS

PHORMIO

Quid hic cum tragicis uérsis et syrma facis?

Valerius Fortasse Valerius Aedituus, de quo Gellius XIX 9, 10 Priscianus VI 2 p. 679 P. (I 222 K.) 'Valerius in Phormione: quid' e. q. s. 'pro syrmate.' (ualirius Sang. et corr. i m. alt. in e Halb.) Idem VI 14 p. 712 P. (I 268 K.) 'uersi quoque pro uersus. Laberius ... Valerius in Phormione: quid' e. q. s. (ualirius Sang. Terentius Reg. Terrént. Halb. Terf Barb. in mg. Cf. Iuent. inc. fab. I. II)

I quic Halb. qd Bong. p. 712 ^{hic} Reg. p. 679 uersib' corr.
m. alt. ex uersis Vind. p. 679 uersibus edd. p. 679 sirma Grut.
Sang. p. 712 facis sup. m. alt. Sang. p. 679

SEXTVS TVRPILIVS

BOETHVNTES

I (2)

Meléxia! intus cæssas? credo hercle hélluo
Tubúrcinatur.

II (6)

Eum dérepente dúcere uxorem aúdio.

III (3)

qui uérba uenatúr mea,
5 Pestís, si arscedat. — 'At sermonem hinc súblegam.

IV (5)

. . . quaeso cógita ac delibera.

V (4)

. mácte uirtute ésto

VI (1)

Nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut uulgó
solent.

Turpili Boethuntis I Nonius 170, 25 'tuburcinari significat rap-
tim manducare ... Turpilius Boethuntibus: Melexia' e. q. s. (Boethontibus
W, etiam in Leid. o ser. supra u) II Nonius 518, 3 'derepente.
Turpilius Boethuntibus: eum' e. q. s. (Boetundibus Bamb.) III
Nonius 332, 28 'legere surripere significat, unde et sacrilegium dicitur,
id est de sacro furtum ... Turpilius in Boethuntibus: qui uerba' e. q. s.

IV Nonius 429, 19 'inter cogitare et deliberare hoc inter est: cog-
itare est confirmare,' ('dubitare' Ald.) 'deliberare confirmare. Turpilius
Boethuntibus: quaeso' e. q. s. V Nonius 342, 1 'mactare est magis
augere ... Turpilius Boethontibus: macte u. e.' VI Nonius 23, 5 'saga e
mulieres dicuntur feminae ad lubricinam uirorum indagatrices ... Turpilius
Boethontibus: non' e. q. s.

I Melexea *Leid.* cessas *Harleianus*, quem in *Grautoffii* usum
contulit *Reinholdus Pauli* cessat *ceteri libri* 3 ducere uxorem audio
Bothius tacite uxorem audio ducere libri 5 pestis arscedat libri
pestis? Arscedat *Scaliger Coni. in Varr. p. 74* postis arscedat *idem p. 87*,
Gulielmius Veris. II 21 postibus abscedat *Bothius 2* arcedat pestis
Grautoffius Personae uulgo non distinguuntur a] et libri
nec *Bothius 2* sublegam libri sublegat *Scaliger, Lipsius Ant.*
lect. V 13, quos secuti sunt omnes 6 delibera cum sequentibus om.
Bamb.

CANEPHORVS

I (3)

Ita: uerum haut facilést uenire illi úbi sitast sapiéntia.
 10 Spissum est iter: apísci haut possem nisi cum magna
 miseria.

II (1)

. . . testamentum érgo celabís? — Logi!

III (4)

Satis frúcti reddunt.

IV (2)

. . . nosti quám sit gracili córpore.

DEMETRIVS

I (3)

Ab ínítio ut res sít gesta enodá mihi.

Canephorus Menandri. Eius enim ex cognomine fabula fr. II: *ἀλογίστον τρόπον Ἀτύχημα φεύγειν ἔστιν οὐκ ἀνθαίρετον* apte Ladewicus de Volc. Sedig. 18 composuit cum fr. I, modo ne inter duas personas utrumque distribuisset. Pronuntiantur enim ab uno eodemque, qui inconsiderantiam suam insita naturae indole excusat. I Nonius 392, 26 'spissum significat tarde ... Turpilius Caneforo: ita' e. q. s. II Nonius 63, 19 'logi a Graeco sermone, uel dicta ridicula et contemnenda ... Turpilius Caneforo: testamentum' e. q. s. III Nonius 491, 6 'fructi uel fructuis pro fructus. Turpilius Caneforo: satis f. r.' IV Nonius 116, 9 'gracilitudo et gracilens pro gracilis et gracilentum pro gracili et gracilium pro gracilitas.' (pro gracili et gracilium om. Bamb.) 'Accius ... gracilitudo ... Ennius ... filo gracilento. Naeuius .. gracilentis .. gracilens fit. Turpilius Caneforo: nosti' e. q. s.

Demetrius Fr. V Scaliger Coni. in Varr. p. 159 monuit conuenire cum Alexidis ex *Δημητρίῳ ἢ Φιλεταίρῳ* loco I: *πρότερον μὲν εἰ πνεύσει βορρᾶς ἢ νότος Ἐν τῇ θαλάσῃ λαμπρός, ἰχθύς οὐκ ἂν ἦν οὐδὲν φαγεῖν. νυνὶ δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασιν τούτοις Φάνλλος προσέγυνε χειμῶν τρίτος κ. τ. λ.* Praeterea fr. X similibus praefari uidetur Turpilius, qualia apud Alexidem extant VI: *ὁμοιότητος ἀνθρώπος οἶνω τὴν φύσιν Τρόπον τίν' ἔστι κ. τ. λ.*, quibus contradicitur fr. inc. XV: *οὐδὲν γ' εἰκ' ἀνθρώπος οἶνω τὴν φύσιν κ. τ. λ.* Ceterum de argumento ex Graeco poeta nihil sane, aliquantillum saltem ex nostro disci potest. Certe constat de adulescente, qui cum nescio quibus turbis inuitus ab amata abalienatus esset (II. IV) in gratiam cum ea redit. Nec desunt

9 ita est libri haut Stephanus aut libri facile est libri illo
 Lipsius Ep. qu. V 2 sita Rothius si ita Geneu. Basil. sulta, superscr. spissa, Harl. spissa ceteri libri 10 adipisci libri haut
 Lipsius aut libri posse libri possis Lipsius Vulgo iambos describunt
 11 caelabis W 13 cracile corpus Leid. An potius:

II (4)

- 15 Timére ocepi et interdum oscitárier
Inéptus, quid mihi uellem ex insoléntia
Nescibam.

III (9)

Pudét pigetque meí me

IV (5)

- . . nunc me ex aliórum ingeniis iúdicat,
20 Intércapedo quórum amicitias leuat.

V (12)

Antehác si flabat áquilo aut auster, inopia
Tum erát piscati.

VI (2)

In ácta cooperta álga inoras óstreas

VII (14)

Nec récte dici mihi quae iam dudum aúdio.

VIII (7)

- 25 Etiám me irrides, péssime ac sacérrime?

aut de patre decepto (XVI) aut de meretrice (XIV) testimonia. Ab ea autem diuersa fortasse fingi potest ipsa uirgo amata, ad quam pertinere putauerim XI et XIII. I Nonius 15, 16 'enoda significat explana . . .'

II Nonius 322, 18 'insolens rursus non solens . . .' III Nonius 424, 4 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere poenitentiae . . .' IV Nonius 337, 2 'leuare etiam minuere . . .' V Nonius 488, 18 'piscati pro piscatus . . .' VI Nonius 216, 5 'ostrea generis feminiui . . .' VII Festus p. 162 M. 'nec coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiuunctam, ut nec legit, nec scribit, cum, si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinius Capito, intellegi possit, eam positam esse ab antiquis pro non — apud Plautum in Fasmate: nec recte si illi dixeris. et Turpilium in Demetrio: nec' e. q. s. Paulus Festi p. 163 M. 'nec . . . ponitur et pro non. Turpilium: nec' e. q. s. VIII Nonius 397, 28 'sacrum etiam scelestum et detestabile; ita et consecratum . . .'

nosti, Quam sit gracilenti corpore? 15 ocepei et *Lipsius Ep. qu. V 12* ocepi, *superscr. t, Hart.* ocepit *ceteri libri* et temere ocepit *Grautoffius* 17 nescibam *Lipsius nesciebam libri* 21 fluat *Bamb.*

22 erat *Bamb., Aldina* orat *Leid.* eorat *Hart.* eoraut *W* orat *ceteri libri* picati *W* 23 alga *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 778* age *libri* 24 quae *H. Kcilus Mus. phil. VI 621* que *cod. Festi* quod *uulgo, om. Paulus* 25 etiam me irrides *Bothius* set iam me irridens *libri, quod seruat Grautoffius*

IX (1)

'Nam si íceris me pósthac, credas mihi uelim'
Inquít, quid censes? — Túm dolebit scilicet.

X (13)

Homo única est natúra ac singulária.

XI (3)

Vide mírum ingenium ac délenificam múlierem:
30 Commórat hominem lácrimis.

XII (10)

Sandálio innixa dígitulis primóribus

XIII (11)

Meós parentis cáreo.

XIV (16)

Non súm iurata.

XV (6)

Númquam numero quémquam uidi fácere, quam facto
ést opus.

XVI (8)

35 at étiám ineptus méus mi est iratús pater,

IX Nonius 124, 11 'icit significat percutit, ab ictu'. X Nonius 491, 1 'singularia pro singulari.' XI Nonius 278, 1 'delenitus, ad nos-
tram consuetudinem placatus.' XII Nonius 427, 28 'prios et primo-
res hanc habent diuersitatem: priores enim comparatiui sunt gradus, pri-
mores summae quaeque res . . .'. XIII Nonius 466, 8 'carere etiam re
bona potest dici. Turpilium Demetrio dolentis persona: eos p. c.'
Idem 497, 17 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo.' XIV Dio-
medes 1 p. 397 P. 'apud Turpiliu comoedia nobili, cuius titulus Deme-
trius, legimus: iurata sum, perfecto finitio dictum. Iuuenis est qui
consultit, meretrix respondit: non sum iurata, pro eo sane
quod est: iurasti? non iurauit.' XV Nonius 352, 19 'numero significat
cito. Accius Oenomao [VI] Antigona [VI] Turpilium Demetrio: numquam'
c. q. s. XVI Nonius 408, 26 'tangere etiam circumuenire.' XVII

26 nam *Harl.*, *edd.* nanam *ceteri libri* 27 quid censes? tum
Bothius tum quid censes *libri* 29 delenificam *edd.* delenifica *libri*
delenificum mulierum *Bothius* 31 digitulis *Bothius* digitis *Harl.*
dicitur *ceteri libri* 32 meos] eos *libri* p. 466 parentes *Bamb.*
p. 466, *libri* p. 497 careo] doleo *Bamb.* p. 466, *om. idem* p. 497
34 numquam nimis numero *libri* quam] quod *Scaliger Castig.*
ad Fest. p. CXVI *Cf. Naeu. inc. trag. IX* facto *Harl.* fato *ceteri*
libri 35 mi *Bothius* mihi *libri* irat. (*t in ras.*) *Bamb.*

Quia sé talento argénti tetigi uéteri exemplo amán-
tium.

XVII

Festus p. 351 M. 'tappete ex Graeco sum[psit] . . .
. tae Ennius cum ait t
. lius in Demetrio le
. . . ueterem. sic tappet'

DEMIVRGVS

I (6)

Ego édepol docta dico: quae muliér uolet
Sibi suum amicum esse indulgentem et diútinum,
Modice átque parce eius séruiat cupidines.

II (4)

40 Quia nó n minus res hóminem quam scutús tegit.

III (1)

. . quia enim odio ac sénio mi haec sunt núptiae.

IV (7)

Múlier meretrix, quae me quaesti caúsa cognouit sui.

Quae cum O. Muellerus e Nonio (inc. III) in hunc modum et suppleuisset et correxisset: 'strata tapete Ennius cum ait, tapete glabrum dixit Turpilium in Demetrio. Laenius: . . tapetem ueterem', Grantoffius p. 8 recte monuit Eunii potius locum ponendum esse post 'ait' uoculam; Turpiliana autem post Demetrii nomen. Sed 'duo diuersa fragmenta' esse hoc et inc. III, id quidem demonstrari nequit

Demiurgus. Ex Menandri fabula cognomine quadrant haec (II): *μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· Χρηταὶ γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτη καλῶς* ad fr. II, quamquam id propius etiam accedit ad hunc ex Boeotia Menandri uersum (III): *πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπιπάλλυμ' ἐστὶν κακῶν*. Ceterum adolescens qui cum meretrice rem habuerat (I IV) honestum cum uirgine quadam matrimonium inire cogitur (III). I Nonius 342, 26 'modicum ueteres moderatum et cum modo' (ita Vat. 2916 'commodo' ceteri) 'dici uolunt . . .' II Nonius 226, 12 'scutum generis neutri. Masculini Turpilium Demiurgo: quia' e. q. s. III Nonius 2, 32 'senium est taedium et odium' IV Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestus

36 amantium *Carrio Emend. II 16, Gulielmii ad Curc. c. 4 amanti libri* 37 ego *Vatic. 2916, Acidalius in Curc. c. 5 ergo ceteri* mulier quae *Grantoffius* 38 suum amicum *Acidalius* summam amicam *libri, nisi quod sumam Vatic.* diutinam *Vatic.* 39 seruiat cupidines *Vatic., Acidalius* serui ad cupidines *ceteri libri* seruiat cupidini *Junius* 40 hominum *W* 41 mihi *libri* haec sunt (*ut c. erasum sit*) *Bamb., om. W.* haec sunt *ceteri. In Harl. totus uersus legi nequit* 42 meletrix *W*

V

Modo fórte

* * *

Ita mé destituit núdum

VI (2)

45 Iudícia, litis, túrbas, tricas, cóntiones máxumas

VII (5)

Apértlae surae, bráccchia autem prócera horrorém mihi
Ex córde exsuscitábant.

VIII (8)

Neque náutae cum essent circumuenti uéntis, incerto
ítinere

Porti índigentes

EPICLERVS

I (12)

50 Quaeso édepol quo ante lúcem te subitó rapis,

dictum pro quaestus' V Cicero ad fam. IX 22 'non modo in co-
moediis res ipsa narratur, ut ille in Demiurgo: modo forte, nosti
cauticum; meministi Roscium — ita me destituit nudum, totus
est sermo uerbis tectus, re inpuidentior, sed etiam in tragoediis' e. q. s.

VI Nonius 8, 25 'tricas sunt impedimenta et implicationes'

VII Nonius 236, 16 'apertum, nudatum.' VIII Nonius 491, 18 'porti
pro portus.'

Epicleerus Initium Menandreae fabulae cognominis hoc (1): *ἄρ' ἐστὶ πάντων ἀγροπνία λαλίστατον. Ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δένρῳ προάγε-
ται λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἔμμαντοῦ βίον*, ita imitatus est Tur-
pilius, ut serui Stephanionis persona inducta monologum mutaret in di-
uerbium. Nam ea ex altera Graecae fabulae recensione nostrum sumpsisse
'licuit' saue conicere Grantoffio p. 4, sed infirmior haec coniectura eo
redditur, quod ne de duplici quidem recensione illa plane constare uide-
tur. Certe uelim doceri annon Harpocratonis p. 139, 24 *ἐν δευτέρῳ
Ἐπικλήρω* et Athenaei IX 373 c *ἐν Ἐπικλήρω πρώτῃ* testimonia ad duas
diuersas fabulas, quibus idem titulus eademque *ἐπικλήρου* persona fuerit,
spectare possint. Iam uero quod supra posui Menandri fr. I a Theoue
Progymn. I p. 200 Walz. extare dicitur *παρὰ Μενάνδρῳ ἐν τῇ χρηστῇ
Ἐπικλήρω*, pro quibus Hemsterhusius ad Luc. I p. 400 reponens *ἐν τῇ
χρυσῇ Ἐπικλήρω* lusisse magis quam ad uerum aspirasse uidetur. No-
bis cum 'probam' appellari legeremus, in mentem uenit improbissimae
illius, quae in Plocio inducitur, Crobylae, et uide quae ex 'priori Epi-
clero' apud Athenaeum laudantur (V): *ἀλεκτροῶν τις ἐκεκράγει μέγα. ||
... οὐ σοβήσεται ἔξω, φησί, τὰς Ὀρνιδας ἀφ' ἡμῶν; et rursus (VI):
ἀντὴ ποτ' ἐξεσώθησε τὰς ὄρνεις μόλις* quam bene Lamiae illius moribus,

45 maximas *Bamb.* 46 aperte *libri* brachia *libri* 48 naute
Bamb. 50 queso te pol *Regin.* 1709

Ere, cum úno puero? — PH. Néqueo esse intus,
Stéphanio. —

Quid ita? — PH. Vt solent, me cúrae somno ségregant,
Forásque noctis éxcitant siléntio.

II (9)

Ni Cállifonis núnc te miseret liberum

III (8)

55 Quam mátris tui patris me miseretúr magis.

IV (5)

Quom légere te optimum ésset atque aequíssimum,
Quacum aétas degenda ét uiuendum essét tibi.

V (2)

sperábam,

Consília nostra díuidiae tibi, cum aetas accésset,

60 Non fóre.

quales Ploc. I et II (cf. Caecil. Ploc.) describuntur, respondeant. In nostra autem fabula id agitur, ut orbam puellam, quam cognato nubere lex iubet, adulescens quidam ducere a parentibus cogatur. Nam eorum consilia continentur fr. IV et V, et culus liberi memorantur fr. II, Calliphonem puellae illius patrem fuisse suspicor. Ceterum ex eis, quae de altera Epiclero disputauimus, apparet, non satis constare utram fabulam aut Quintilianus XI 1, cum de iudiciis 'quae Epitrepontes Epiclerus Loeri habent' diceret, aut Alexander (Notices des manusc. grecs de la bibl. du roi XIV 188) intellexerit, qui haec narrat: *ἐν τῇ Ἐπικλήρω δικάζοντων τοῦ τε ἀνδρός καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ παιδίου δικάζοντος οὐκ ἔθικεν οὐδετέρω προοίμιον διὰ τὴν εὐνοίαν προὑπάρχειν τοῦ ἀνδρός.* Cf. Caecil. Ploc. XVI XVII. I Priscianus de metris com. p. 1326 P. (417 G.) 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia ... idem in Epiclero: quaeso' e. q. s. II Nonius 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ...' III Nonius 477, 14 'miseretur pro miseret.' IV Nonius 332, 19 'legere etiam eligere dicitur ...' V Nonius 96, 23 'diuidia est tedium ...'

51 P^H neque. cē *Regin.* 52 ita p̄. ut solent mecure *Regin.* 54
nij in *Leid. Bamb.* miseret *Iunius* miserae *Leid.* misere *ceteri libri*
55 quam matris tui patris] quam (qua *Harl.*) maris tunc patris (patris
Bamb.) libri quam matris nunc patris *Aldina* cum matris tum patris
Bothius 2 patris quam matris tum *Grautoffius* 56 quom *Gulielmius*
Veris. II 21 quin *ms. Fabri* quam *ceteri libri* te *om. ms. Fabri*
esset *ms. Fabri* esse *ceteri libri* ac *ms. Fabri* 57 degenda et
uiuendum esset *Canterus Nou. lect. V* 22 uegenda et uibendum esse
libri plerique uegenda et lubendum esse *Basil.* uegenda et iubendum
esse *Harl.* 58 *sqq.* *Numeros non perspexerunt*

VI (1)

Té quidem omniúm pater iam cópem causarúm facit.

VII (3)

Set néqueo ferre hunc diútius . . . errare et cónqueri,
Nec ésse suae parum óbsequellae

VIII (7)

Patrócinantem ubi fáctum audierit saúcius

IX (11)

65 . át enim scibis éa quae fuisti íncius.

X (6)

Sét quis est qui ínterrumpít sermoném meum
'Obitu suo?

XI (10)

Séd uolo ut familia nostra officia fungatúr sua.

XII (13)

Curréndum sic est, sic datur, nimium úbi sopori
sériuas

VI Nonius 84, 21 'copi pro copioso ...' VII Nonius 215, 28 'obsequellam feminino ... Turpilius et glerio: set' e. q. s. (Epicleró Bentinus) VIII Nonius 398, 5 'saucii dicuntur proprie vulnerati, non mesti, sicuti uult consuetudo ...' Sed huc sane maesti notio melius quadrare uidetur IX Nonius 501, 17 'nominatiuus pro genetiuo.'

X Nonius 357, 23 'obitus rursus aduentus ...' XI Nonius 497, 13 'accusatiuus positus pro ablatiuo' XII Priscianus de metris

61 pater iam *Bothius* iam pater *libri* causarum *Bothius* causa rem *libri* 62 nequeo ferre *Canterus Nou. lect. V 22* neque offerre *libri* errare *Canterus* errari *libri* tricari *Gulielmius Veris. II 21* 63 obsequellae *libri* Sét nequeo ferre hunc errare diútius atque cónqueri: Mé fecisse sibi parum obsequellae *Grautoffius, numeris quidem minus elegantibus. Nostram sententiam sic circumscribimus: 'nec sui parum obsequellae fieri lamentantem ferre possum', in priore autem uersu desideratur, quo errandi notio accuratius definiatur, uelut maerentem errare uel errare tristem* 64 audierit *Stephanus* audiuerit *libri* saucium *Lipsius Epist. qu. V 2*, qui tamen initio uersus Patroclum autem commentus est 65 ad enim *Bamb. Fortasse uersus sic explendus erit*: at enim iam scies *libri* nescius *Grautoffius* 66 et quis est *libri* equis hic est *Bentleius ad Ter. Hec. V 4, 19 septenario trochaico* set quis hic est *Grautoffius, qui postea meum sermonem posuit* 68 sed uolo *Bothius* sed uola *libri, an recte? sedulo Gulielmius Veris. II 23* 69 curréndum sic est *Bothius* currendo sic esse *exemplaria*

70 Potiús quam domino, et úbi seверо império quae
imperáta sunt

XIII (4)

. nón inuitat plúsculum sese út solet.

HETAERA

I (10)

Ducít me secum: póstquam ad aedem uénimus,
Venerátur deos, intérea aspexit uírginem
Instántem, in capite indútam ostrinam rículam.

II (2)

75 Erus stúpidus adstat: íta eius aspectús repens
Cor tórporauit hómīni amore.

III (9)

rús ad illas cónmigrat:
Habitámus hiemem tótam cum muliérculis.

IV (1)

Rhodiénsist, sed istuc cónmigravit iám diu.

V

80 . nám qui illo homīne uiuit confidéntius?

p. 1326 P. (417 G.) 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia ... idem in Epicleo [I] idem in eodem tetrametris utitur: currendo' e. q. s. XIII Nonius 321, 21 'inuitare significat repleti ...'

Hetaera I Nonius 539, 23 'rica est, quod nos sudarium dicimus ... Turpilius Veliterna: ducit' e. q. s. Cf. Titin. Velit. I Idem 549, 10 'ostrinam ad ostri colorem, qui est subrubeus. Turpilius Hetera: interea' e. q. s. II Nonius 182, 4 'torporauit pro torpescit. Turpilius Heter: erus' e. q. s. (Hetaera ed. 1526) III Nonius 526, 1 'quotiens per accusatum casum annos nel dies loquimur, inges annos nel dies significamus: quotiens per datium, per interuallum interiectis aliquibus annis nel diebus ... Turpilius Filopatro ... idem Hetera: rus' e. q. s. IV Nonius 127, 11 'iam diu pro olim. Turpilius Hetera: Rhodiensis' e. q. s. V Nonius 262, 13 'confidentia rursus temeritas,

70 et ubi *Regin.*, edd. etsi *Bothius*: sed non est finita sententia 74 instantem libri p. 539 iniectam libri p. 549 iniecta *Bothius* adstantem *Carrio Emend. I 2* intrantem *Grautoffius* in capite rículam indutam (induta *Bamb. p. 549*) ostrinam (onstrinam libri p. 539) libri utroque loco in capite ostrinam indutam rículam *Carrio* in caput ostrina indutam rícula *Bothius* caput indutam ostrina rícula *Grautoffius* 75 eius] de correpta priore syllaba *Lachmannus* in *Lucr.* 161 79 Rhodiensis *Carrio Emend. I 2* Rhodiensis est libri, quod ut seruetur septenarius trochaicus initio mutuis statuendus est sed om. *Carrio* 80 nemo qui *Grautoffius* soloece

VI (5)

Hortátur hominem, quám primum ut proficisceret.

VII (3)

hic uillicor ante úrbem,

Nunc rús eo.

VIII (6)

Simulári me a se amári quaesti grátia

IX (7)

85

meres

Mérito ut diligáre.

X (7)

. haec si impetro ábs te ut facias, sátis fructi ex te cépero.

XI (8)

Satine út se meúm cor uolúptatibús dat?

Immórtalitús se optulit mi haec facultas.

audacia ... Turpilius Lencadia ... idem Hetaera: nam' e. q. s. (Sic Rothius. heteranam Geneu. in mg. heterentius Leid. Geneu. Terentius ceteri libri) VI Nonius 470, 34 'proficisceret pro proficisceretur. Turpilius Hethera: hortatur' e. q. s. (ethera Bamb.)

VII Nonius 186, 8 'uillicari est rusticari uel uillae praesse ... Turpilius Paraterusa ... idem Hetera: hic' e. q. s. (etera W) VIII Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestis dictum pro quaestus ... Turpilius Demirgo ... idem Aethera: simulari' e. q. s. (Hetaera ed. 1526)

IX Nonius 408, 19 'meret pro meretur ... Turpilius Filopatro ... idem Hetera: meret' e. q. s. X Nonius 491, 7 'fructi uel fructus pro fructus. Turpilius Caneforo ... idem Hethera: haec' e. q. s. (ethera Bamb.) XI Nonius 514, 27 'iimmortalitus. Turpilius Hetera: satine' e. q. s. (Hetaera Harl.)

81 ut *Bothius*, om. libri proficeret *Bamb.* 82 hic *W* huic ceteri libri illic ante urbem uillicor, nunc *Bothius* 84 simulauit me a se *Junius* simulat me a sese *Carrio Emend.* 12 simulare me ac se *Bothius* 2 simulauit ea se *Grautofffius* 85 meres *Junius* meret libri 87 impetrauero *Grautofffius* facias *Rothius* faciet *W* faciat ceteri libri ex te cepero *Bothius*, qui cetera minus recte disposuit cepero ex te libri, quod tueri possis si scribas: haec si impetro abs te ut facias, sat satis fructi cepero ex te 88 satine *Bothius* se *Grautofffius*, om. libri uoluptatibus abundat *Gulielmius Veris.* II 21 89 obtulit *Bamb. Harl.* mi *Bothius* mihi libri

LEMNIAE

I (4)

90 Propter peccatum paústillum indignissime
Patriá protelatum esse saeuitiá patris.

II (3)

Habét potestatem. — 'Vbi? potestatem? — Senis
Pretió contendas út redempto Faédriae
Liceát redire antiqúam in consuetúdinem.

III (1)

95 neque duráre possum:
Ita huius insciéntia ac deméntia extorrém facit.

IV (5)

Rémulis sensim celox ab óppido procésserat.

V (6)

Lémbi redeuntés domum duae ad nóstram adcelera-
rúnt ratem.

Lemniae (Cf. *Ἀγνυία* Alexidis, *Ἀγνυία* Antiphanis Diphili Nicocharis) Ita pro uulgate 'Lemnii' titulo inscripsit fabulam Grautoffius. Quoniam de 'redimendo' exule filio agitur, fortasse lembi, quorum fr. V mentio sit, item ut in Plauti Baechidibus 280 sqq., piratici intelligendi sunt, qui rapuerunt Phaedriam. Fr. VI uel meretricis uel parasiiti fuisse uidetur. I Nonius 363, 14 'protelare etiam excludere. Turpilius Lemnis: propter' e. q. s. II Nonius 259, 28 'contendere iterum significat extorquere ... Turpilius Lemonis: habet' e. q. s. (Lenonibus ms. Fabri Lemniis edd.) III Nonius 14, 30 'extorris dicitur extra terram uel extra terminos ... Turpilius Lemniis: neque' e. q. s.

IV Nonius 533, 5 'celox est nauigium breue, dictum a celeritudine ... Turpilius Lemnis: remulis' e. q. s. V Nonius 534, 7 'lembus, nauicula breuis piscatoria ... Turpilius Leucadia ... idem Lemnis: lembi'

90 paratum *Palat.* pauxillum *Munckerus ad Fulg. p. 159* pauxillum *Palat.* pausillulum *ceteri libri* 91 seuitia *libri* 92 habet potestatem senis, *superscr.* ubi potestatem, *Harl.* habet potestatem. — ubi? — potestatem senis. — *Bothius* habet potestatem ille? — potestatem senis. — *Grautoffius* An habes? 93 Phaedriae *Grautoffius* *Mercedis libri* 95 iurare *Harl.* durare hic *Grautoffius* possum *Mercedis* possunt *libri* 96 inscitia *Stephanus* ac *Bothius* atque *libri* 97 remulis Sensim *Bothius, septenarium dedit Grautoffius* celox *Bamb.* caelox *ceteri libri* *Elegantius sic inter duos uersus distribuas:* celox Ab o. p. 98 duae *libri, quod mutare non ausus sum* duo *Junius* ad nostram *Grautoffius* ad nos certam *libri* certatim ad nostram *Bothius* An: domum || ... duae ad n. a. r.? Cf. IV *Philop. IX*

VI (2)

Numquam unius me cōparauī séruire eligántiam.

LEUCADIA

I (11)

100 Quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet:
Ille insolens autem út fastidit cárnifex!

II (8)

Vidén tu, Frygis, incéssum? quam est confidens!
di istunc pérduint.

III (16)

uide, nunc fastidit mei.

e. q. s. VI Nonius 256, 21 'comparare veteres confirmare et consti-
tuere dixerunt Turpilium in Lemniis: unquam' e. q. s.

Leucadia Menandri. Hanc fabulam enarraui in Jahuli *Annal. philol.*
LXIX 34 sqq. orsus a Sernii in Verg. *Aen.* III 279 loco hoc: 'Varro
enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucateum, dicit:
quamuis Menander et Turpilium comici a Faone Lesbio in
templum conditum dicunt. Qui cum esset nauicularius, so-
litus a Lesbo in continentem proximos quosque mercede
transuehere, Venerem mutata in auis' (uavis Danielis anus
Burmannus) 'formam gratis transiit: quapropter ab ea do-
natus unguenti alabastro cum se inde totum' (se in dies in-
ditum Dan. se in dies inde tum Burm.) 'ungueret, feminas in
sui amorem trahebat, in quis fuit una quae de monte Leu-
cate cum potiri eius nequiret abiicisse se dicitur.' Finxit
autem Turpilium adolescentem ab amata, quae nauicularium deperit, desertum,
Phaonem nero, quem olim omnes fugerant, iam ipsum fastidientem et
puellae illius amores spernentem. Quae vel desperans vel inssa ab eo in
mare se proicit, nude ab adolescente fortasse seruata ad antiquam consue-
tudinem redit. Iam restat ut personis suis distribuatur reliquiae: adu-
lescentis I, cum ancilla sermocinantis II III IV V (cf. *Em. Thyest.* VIII)
VI VII, puellae (Doreii puta conl. XVI) de Phaone VIII, confabulantis
cum eodem IX X, deinde propter litus, priusquam undis se committeret,
oberrantis XI, adolescentis et Phrygidis XII XIII, eius qui luctantem ex-
piscatus erat XIV, puellae frigore laborantis XV, adolescentis in gratiam
cum amica redeuntis XVI. Denique nuptiae parantur fr. XVII. I Nonius
322, 21 'insolens rursus non solens ... Turpilium Demetrio ... idem
Leucadia: quem' e. q. s. II Nonius 262, 13 'confidentia rursus
temeritas, audacia' III Nonius 496, 18 'genetius casus po-

99 numquam me unius *Bern.* eligantiam *Bern.* elegantiae *Harl.*
ellegantiae *ceteri* 101 fastidit *Bothius* fastidia *libri* 102 uiden tu,
Frygis *Lipsius* uidentur frigus *libri* uiden tu, Frugia *Bothius* 2
103 uiden ut fastidit mei? *Fr. Dousa*

IV (1)

Ei périi! uiden ut ósculatur cáriem? num illam illaéc
pudent?

V (12)

105 sed quam lónge est cum 'ilico isti' —?

VI (2)

'ne me áttigas, atque aúfer
Manum.' — 'Héia quam ferócula est!'

VII (7)

arrípuít colubram mórdicus.

VIII (4)

Intércapedine interficior, désiderio differor:

422 uero *cod.*, *ed. pr.* uelut *uulgo* indignum ueluti dicier testu
solet *proponit Bothius* indignum ueru disco olla et testu *Neukirchius*

traxerunt cognomina rutilias, ut indicat frequenter Afranius.' (rutilae Vrsinus)

XXI (17)

Paulus Festi p. 40 M. 'comptum Afranius pro ornatu et cultu posuit.'

XXII (18)

Varro de L. L. V 25 M. 'extra oppida a puteis puticoli' ('puticuli' Flor. teste H. Keilio) '. . . qui locus publicus ultra Exquilias, itaque cum Afranius petilucos in togata appellat, quod inde suspiciunt perpetuo lumen.' (petilucos dubitanter posui, poteram et cupilucos. cuticulos libri boni putiluculos cod. B, Spengelius subluculos O. Muellerus)

XXIII

Ausonius Cent. nupt. praef. 'pro quo' (sc. centone) 'si per sigillaria in auctione ueniret, neque Afranius nauci daret nec cicum suum Plautus offerret.'

XXIV

Pompeius in cod. Guelf. apud Gaisf. script. Lat. r. m. p. 565 'ea autem quae non sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt comparationem. Ne te decipiant illa Plautina et Afraniana uerba. Ipsissimus ioco dixit. Est etiam apud Graecos *ἀνρότατος* tale. Comica sunt ista et ad artem non pertinent.'

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Seneca Epist. 89, 7 'sapientia est, quam Graeci *σοφίαν* uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur: quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus.'

II

Seruius in Verg. Aen. XI 160 'ueteres enim uiuendo

uincere dicebant superuiuere . . . nam et in togatis uictrices appellantur, quae uiros extulerunt.'

III

Donatus in Ter. Eun. I 1, 12 'concessum est in palliata poëtis comicis, seruos dominis sapientiores fingere, quod idem in togata non fere licet.'

F A B V L A A T E L L A N A

L. POMPONIVS BONONIENSIS

ADELPHI

. quód ille dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi

AEDITVMVS

Quí tibi postquam adpáreo atque aeditumor in tem-
pló tuo,

Néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust.

AGAMEMNO SVPPPOSITVS

Ne quis miretur, cúm tam clare tónuerit,

5 Vt, sí quis dormitáret, expérgisceret.

ALEONES

I (1)

'Aleo non lúdam sane, né meae male olánt manus.

Adelphi Cf. Ritschelius Parerg. I 133. Nonius 96, 18 'datatim, id est inuicem dando Pomponius Adelfis: quod' e. q. s. Pomponium Bassulum intellegit Osannus in Ephem. Marburg. 1849 p. 219

Aeditumus Nonius 75, 15 'aedituor, id est aedem tueor. Pomponius Aedituo: qui' e. q. s. (aedituor W aedituo, sup. r, Leid.) Gellius XII 10, 7 'aeditumus uerbum Latinum est et uetus, ea forma dictum, qua finitimus et legitimus Pomponii fabula Atellania est, quae ita inscripta est: Aeditumus. In qua hic uersus est: [2].

Agamemno suppositus Cf. Munkius p. 86. Nonius 473, 3 'expérgisceret pro expérgisceretur. Pomponius Agamemnone subposito: ue' e. q. s.

Aleones I Nonius 147, 3 'olat pro oleat ... Pomponius Aleonibus:

2 líbi postquam *Munkius* postquam tibi *Gellius* postquam ubi *Nonius*
aedituor *Nonius* tuo *om. Nonius* 3 mortalibus *Leid.* im-
mortalis *Bothius* ullum *om. W, Bothius* miseriust *Munkius*
miserius est *libri* est miserius *Bothius* 4 miretur *ed. 1480* mira-
retur *libri* 6 aleo, *i. e. alio libri: cf. Plauti Most. 48 cum Gesneri*
quem Ritschelius laudat in script. r. rust. indice et Varro apud Non.
201, 6 nec non Lachmannus in Lucr. 33 alea *Bothius* non *Bothius,*
om. libri ne *Bothius, om. libri* olant *edd. oleant libri*

II (2)

'At ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.

ANVLVS POSTERIOR

. . . id credo metuis ne inuidiae siet,
Cum nemo qui a te recipiat reperibitur.

ARVSPEX uel PEXOR RVSTICVS

10

bucco, puriter

Fac ut rem tractes. — Laui iandudum manus.

ASINA

I (1)

Atque auscultare disce, si nescis loqui.

II (2)

Exilui de nocte ad molam fullone festinatim

AVCTORATVS

I (3)

neque enim ego

aleo' e. q. s. II Nonius 166, 30 'rusticatum pro rustice.' Idem 409, 1 'tangere etiam circumuenire . . . Pomponium Aleonibus: at' e. q. s.

Anulus posterior Cf. Ritschelius Parerg. I 135. Nonius 508, 11 'repperibitur pro repperietur. Pomponium Anulo posteriore: id credo' e. q. s.

Aruspex uel Pexor rusticus Nonius 516, 18 'puriter. Pomponius Aruspice uel Pectore rustico: bucco' e. q. s. (pectore libri Praecone Bothius Petitore Rothius)

Asina I Nonius 246, 16 'auscultare, audire . . . Pomponius Asina: atque' e. q. s. (asta atque Lipsius Epist. quaest. I 18) II Nonius 514, 3 'festinatim pro festinanter. Pomponius Asinaria: exilui' e. q. s. De titulo dubitat Ritschelius Parerg. I 142

Auctoratus I Charisius I p. 37 P. (28 L.) 'Pompeius in Aucto- rato (II) ebria masculino. In eodem Pompeius: neque' e. q. s. Eadem legi in Donatiani fragmento, quod in ed. Mediol. a. 1504 extet,

7 ad libri p. 166 An tangam, nam urbanatim? 8 inuidia desit libri inuidiae id sit Mercerus inuidia inde sit Bothius inuidia desit tibi Junius 9 repperibitur libri plerique repperitur Bamb.

10 furiter Bamb. 11 ut rem] uti libri ut te Bothius tractis W laui iam dudum libri plerique lauauam dunum Bamb. 13 exilui Bamb. exsilui ceteri ad noctem Palat. fullonis Laurembergius 14 neque enim ego cod. teste H. K. neque ego uulgo neque fragm. Donatiani

15 Sum Mémmi neque Cassi neque Munati 'Ebriae.

II (2)

. póstquam conueni ómnes conuiuás meas

III (4)

Métuo illum: iocári nescit, lúdit nimium insániter.

IV (1)

Occidit taurum tóruiter, me amóre sauciáuit.

BVCCO AVCTORATVS

si praégnans

20 Non és, paribis núnquam.

AVGVR

immó mane!

Non ésuribis diútius, qua ré roga.

BVCCO ADOPTATVS

I (2)

Cládestino táctus taxim pèrspectaui pèr cauum.

narrat Bondamus II Charisius I p. 37 P. (27 L.) 'communia ex masculino et feminino, ut adsecula, conuiuia. Pompeius in Auctorato: postquam' e. q. s. Priscianus V 2 p. 642 P. (I 169 K.) 'hie et haec agricola ... conuiuia. Pomponius in Auctorato: conueni' e. q. s.

III Nonius 509, 30 'insaniter Pomponio auctore: metuo' e. q. s. Priscianus XV 3 p. 1010 P. (I 621 K.) 'Pomponius in Auctorato: ludit n. i. pro insane.' (auctorato Grut. auct'ato Sang.) IV Nonius 516, 13 'torbiter. Pomponius Auctorato: occidit' e. q. s.

Bucco auctoratus Nonius 508, 1 'paribit pro pariet. Pomponius Buccone auctorato: si' e. q. s.

Augur Nonius 479, 5 'esuribo pro esuriam. Pomponius Augure: immo' e. q. s.

Bucco adoptatus Nonius 178, 20 'taxim, sensim uel occulte.

15 Memmi *Lindemannus* menni *cod.* Memmius *ed. pr.* meni *fr. Don.*

Cassius *ed. pr.* castia *fr. Don.* Mimatius *ed. pr.* Mimacius

fr. Don. Ebriae *Lindemannus* ebr̄a *cod.* ebria *ed. pr., fr. Don.*

16 conuenio *Charisii cod.* meos *Sang. Grut. Lips. c Prisciani*

17 locari *Bamb.* 18 toruiter *edd.* torbiter *libri* me

amore sauciáuit *Lipsius* me amores amaui *libri plerique* mea memores amaui *Bamb. An:* amores meos sanauit?

19 *sq. An:* . . si praegnans [núne] non es, [postháe] paribis núnquam?

22 esuriis *Bamb.* eroga *Bothius* 23 per cauum *Mercerus* per cautum *libri* periculum *ms. Junii* pergulam *Gulielmus Veris. I 11*

II (3)

saepe ádnuit :

25 'Inuenibit saepe.

III (1)

Pergis properatim

CAMPANI

Dantór publiciter Dóssenno et fullónibus
Cibária.

CAPELLA

Clípeum in medium fixum est

CITHARISTA

30 nólí, quaeso, iráscere :

Móre fit, moriri suam quisque úxorem ut uelit . . .

COLLEGIVM

Sí quid expalpáre possim ab illo

CONCHA

Vós istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

Pomponius Buccone adoptatu: clandestino' e. q. s. II Nonius 479, 27
'inuenibo pro inueniam. Pomponius Buccone adoptato: saepe' e. q. s.

III Nonius 155, 1 'properatim et properiter, celeriter, properanter ... Pomponius Buccone adoptato: p. p.'

Campani Nonius 513, 9 'publicitus pro publice ... Pomponius Campanis: dator' e. q. s.

Capella Charisius I p. 59 P. (42 L.) 'clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat. Sed ... Liuius in significatione scuti neutraliter saepius, et Pomponius in Capella cum ait: clipeum' e. q. s. Grammaticus inc. de gen. nom. p. 30 ed. Otto 'clipeus gen. masc. ... et Pompeius gen. neut.: clipeum' e. q. s. 'sed non recipitur.'

Citharista Nonius 127, 7 'irascere pro irasci. Pomponius Etharista: noli' e. q. s. (Citharista Mercerus Hetaerisca Salmasius)

Collegium Nonius 104, 12 'expalpare, elicere ... Pomponius Collegio: si' e. q. s.

Concha Nonius 39, 1 'eliminare extra limen eicere ... Pomponius

24 saepe adnuit *Bamb.* saepe annuit *W* 25 inuenibit *edd.* inuenit *libri* saepe *Bamb.* 26 perges *Bothius* 27 *sq.* dator dossenno et fullonibus publiciter cibaria *libri* dato publicitus Dorsenno et f. cibaria *Bothius praecunte* dato Dossenno *Mercero* dato scorto obscaeno et fullonibus publicitus cibaria *uersu quidem nullo Duentzerus Mus. phil. VI 287* dato Dorsenno et fullonibus Publicitus c. *Munkius* 29 medio *Gramm. inc.* 30 neli *Leid.* 31 quisque *om. Leid.* suam moriri quisquam ut uxorem uelit *Bothius* 33 manet *libri*

DIVES

Quóm palumbem ex óre tollit únun

DOTATA

I (1)

Sció pol te illam amáre efflictim . . .

II (2)

Possun éxorare te úl recedas á me paulispér
modo? —

Quantísper sat habes?

ERGASTVLVM

I

45 Lónge ab urbe uilicari, quó erus rarentér uenit:
Nám non uilicári sed dominári est mea senténtia.

II

. praesente amicis inter cénam

· FVLLONES

I (2)

Quin érgo, quando cónuenit, conpléctite? —

Dives Nonius 219, 8 'palumbi ... masculino ... Pomponius De-
nitae: quo' e. q. s. (Debita Junius de nite Aldina Diuite Bothius)

Dotata I Nonius 104, 24 'efflictim, uehementer ... Pomponius
Dotata: scio' e. q. s. II Nonius 511, 31 'aliquantisper ... Pom-
ponius Dotata: possum' e. q. s.

Ergastulum I Nonius 164, 28 'rarenter pro rare ... Pomponius
Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 186, I 'uilicari est rusticari uel
nullae praesse. Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 515, 28
'rarenter Caecilius Pausimacho [I] Nonius Exodio [IV] Emnius Andro-
macha ... conatur trabem. Ergastelo [45].' II Donatus in Ter. Eun.
IV 3, 7 'absente nobis pro nobis absentibus. Pomponius in Ergas-
tulo: praesente' e. q. s. (Pompeius Par. Lugd. Dresd. sine
ergo istae Par. Lugd. Dresd., ed. Tarn. cum recentioribus sine ergo
istae edd. Rom. Viud. Med.)

Fullones I Nonius 472, 32 'conplectite. Pomponius Fullonibus:

41 quo libri. Possis etiam qui: uidetur autem sermo esse de eo, qui
omittit unam palumbem, quam certam tenuit, ut incertas decem caplet

palumbem unum ex ore tollit libri 45 unde Bamb. p. 515

uilicariae libri p. 515 eris libri p. 186 rus Bamb. p. 515 46 non,
om. nam, libri id non Bothius sed dominari om. Leid. p. 164

mea est libri p. 186 non est uilicari, sed d. mea sententia Mun-
kius 47 cenam d. o. Lugd. te nam d. o. Dresd., quod quid sit
nescio

Mihi fráter salue! — 'O soror, salué, mea!

II (1)

50 Fácite ut ignis féruat, ligna insípite, far concidite.

GALLI TRANSALPINI

Mars, tibi uoueo factúrum, si umquam rédierit,
Bidénti uerre.

HERES PETITOR

I (1)

'Ita uelim faciás: iam pridem uólo lauatinám laui.

II (2)

Heús aptate, púeri, munde atque ámpliter conuíuium!

HIRNEA PAPPI

55 Décimus mensis ést, cum factum est, ita fit, ita sem-
pér solet:

quin' e. q. s. II Nonius 504, 26 'feruat pro ferueat. Pomponius Fullone: facite' e. q. s.

Galli Transalpini Gellius XVI 6, 7 'uidebimus, an oues solae, ut tu ais, bidentes dicantur, et an Pomponius Atellanarum poëta in Gallis Transalpinis errauerit, cum hoc scripsit: Mars' e. q. s. (Gallius Petau.) Macrobius Sat. VI 9, 4 'uerum procurandum mihi est, ne illud obrepat, quod bidentes epitheton sit ouium, cum Pomponius, egregius Atellanarum poëta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit: Mars' e. q. s. Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt. Nam nec duos dentes habent, et hoc quidem et genus monstri est; et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponii in Atellana: Mars' e. q. s. ('Pomponii' Mercerus 'Pomponius' libri)

Heres Petitor I Nonius 504, 23 'lani etiam positum pro lauari. Pomponius Petitore Heredem: ita' e. q. s. II Nonius 511, 18 ampliter ... Pomponius Herede petitore: heus' e. q. s. (potitore Bamb.) Idem 234, 30 'aptum, compositum, paratum ... Pomponius: eius aptate' e. q. s.

Hirnea Pappi Nonius 40, 20 'uerminari positum torqueri, a

49 mi edd. praeter princ. soror Bamb. soro ceteri libri
50 insipite Scaliger Coni. in Varr. p. 45, Gulielmius Veris. I II insti-
píte libri 51 mars≡tibi (s≡t ex corr.) Voss. Gellii factur≡um
Voss. Gellii uouo facturum uel facturum uoueo Fleckeisenus Epist.
crit. ad M. Hertziū 37 suum^a Lugd. su ũ^a Paris. sium — quā
(sic) Voss. Gellii redierit Gellius et Nonius rediero Macrobius
52 bi≡denti (eras. l) Voss. Gellii 53 uolui Bothius lauatinam
Lachmannus in Lucr. 393 latrinem Bamb. latrinam ceteri libri
54 heus libri p. 511 eius libri p. 234 conuium Bamb. p. 511

Décumo mense dénum turgens uérminatur, párturit.

KALENDAE MARTIAE

Vócem deducás oportet, út uideantur múlieris

Vérba. — Iube modo ádferatur mínus, ego uocém dabo

Ténuem et tinnulam

60 'Etiam nunc uocém deducam.

LAR FAMILIARIS

. . oro te, uáso, per lactés tuas

LENO

Cáseum molle

MACCVS

I

Quid futurum est, sí pol hané ego discere artem at-
ténderm?

II

Cónforísti mé, Diomedes.

uermibus, quod facile se torqueant.' (hyrnea W hernia Scaliger ad Fest. p. CCXIII Hernia aut hirnea sponsa Pappi Scaliger Cat. p. 490)

Kalendae Martiae Macrobius Sat. VI 4, 13 'deducta uoce . . sed haec ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellana, quae Kalendae Martiae inscribitur, ait: uocem . . tinnulam et infra [60].' Cf. Munkius p. 49 sq.

Lar familiaris Priscianus VI 4 p. 686 P. (1 233 K.) 'hae lactes partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδης dictae, et seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec lactis est . . Pomponius in Lare familiari: oro' e. q. s.

Leno Charisius I p. 60 P. (44 L.) 'caseus masculini generis est . . sed Pomponius neutraliter dixit in Lenone: caseum molle.' (Lenonem cod., ed. pr. Lenone vulgo) Incertus de orthogr. p. 2780 P. 'caseus . . Pomponius neutraliter dixit: caseum molle.'

Maccus I Nonius 238, 16 'attendere est intendere . . Pomponius Macco: quid' e. q. s. II Nonius 114, 12 'foria, stercora liquidiora. Pomponius Maccho: e. m. D.'

57 uideantur mulieris *Bothius* mulieris uideantur *libri* 58 iube ergo *Salish.* afferatur unus *Par. f Borb.* ego uocem reddam tenuem et tinnulam *libri*, nisi quod tinnulem *Borb.* reddam ego tinnulam, *omissis reliquis*, *Bothius* tenuem et tinnulam Vocem ego reddam *Munkius* 61 uaso, i. e. uasate] baso *Halb. Amiens. Vind.*

Bamb. Bong. Erl. b ba≡so *Barb.* basso *Sang.* bas^o≡ (e *eras. ut uid.*) *Grut.* base *Reg. Basse uulgo* 63 hanc ego *Munkius* ego hanc *libri*

64 conforiasti *Salmasius Exerc. Plin. p. 385 Cf. Schol. Iuuenal.*

MACCI GEMINI

I (5)

65 Sero ést: si sexta tibi placet, uenibo

II (3)

Iam égo inibi adero: dum égo reuortor, áge, anus,
accinge ad molas.

III (1)

Ei perii! non puéllula est. numquid nam abscondidisti
Intér nates?

IV (4)

Incépi contuí, conspicio cóleatam cúspidem.

MACCI GEMINI PRIORES

70 Quin bóno animo es! uideo érepisti prímiter de pánnibus.

MACCVS MILES

I (2)

nam cibária

Macci gemini I Nonius 508, 23 'uenibo pro ueniam. Pomponius Maccis geminis: sero' e. q. s. (in actis geminiis Bamb.) II Nonius 469, 28 'accinge pro accingere.' (fort. 'accinge te') 'Pomponius Macchis geminis: iam' e. q. s. (Machis Bamb.) III Nonius 75, 27 'abscondit pro abscondidit. ('abscondidit pro abscondit' Rothius) 'Caecilius Exule [I] Pomponius Maccis geminis: perii' e. q. s. IV Nonius 470, 31 'intuí et contuí pro intueri ... Pomponius Macchis geminis: incoepi' e. q. s. (Machis Bamb.)

Macci gemini priores Non dinersam esse a fabula superiore ipse uersiculus reddit probabile. Cf. Ritschelins Parerg. I 135 Nonius 154, 25 'primitur pro prime, et primitus pro primo. Pomponius accius geminis: quin bono' e. q. s. Idem 488, 30 'pannibus pro panuis. Pomponius Macchis geminis: bono' e. q. s. (Machis Bamb.) Idem 506, 24 'es pro esto ... Pomponius Magis geminis: bono' e. q. s. Charisius II p. 188 P. (125 L.) 'primitur: Pomponius in Maccis geminis prioribus: bono animo es eripis primitur.'

Maccus miles I Charisius I p. 101 P. (72 L.) 'duorum; Pompo-

III 38 65 si sexta si *Bamb.* sexta si *ceteri libri* 66 inibi *Lip-*
sius mihi *libri* hic *Duebnerus Jahnií Ann. philol. V* 440 re-
uertor *Bamb.* amus *Bamb.* accingere *Leid. Bamb.* 67 ei
om. libri puella *ante Aldinam* nunc quid abscondidisti *libri*
num quid abscondisti *Aldina* 69 incoepi *libri* 70 quin *om. libri*
p. 488. 506, *Charisius* est *libri p.* 154 uideo *om. Charisius*
erepisti *Vossius* eripisti *libri p.* 488 eripis *libri p.* 154, *Charisii cod.*
derepisti *Nonius p.* 506 eripuisti *Junius Animadu. VI* 10 *ex uetusto co-*
dice primit *Bamb. p.* 488 da panibus *W p.* 154 71 nam

Vicem duorum me comesse concedet.

II (1)

Cum contubernalei pugnavi, quod meam cenam . . .

MACCVS SEQVESTER

Simile est, quasi cum in caelo fulgit propter lunam
lucifer.

MACCVS VIRGO

75 Praeteriens uidit Dossennum in ludo reuerecunditer
Non docentem condiscipulum, uerum scalpentem
natis.

MAEVIA

Dies hic sextust, cum nihil egi, diequarte emoriar
fame.

MAIALIS

I (1)

. . . animos Venus ueget uoluptatibus.

uius in Macco milite: nam' e. q. s. II Charisius I p. 99 P. (71 L.)
'contubernale; Pomponius in Macco milite: cum' e. q. s.

Macco sequester Nonius 506, 8 'fulgit pro fulget ... Pompo-
nius Maccho sequestre: simile est' e. q. s.

Macco uirgo Nonius 516, 22 'reuerencunditer' ('uerecunditer'
Bamb.) Pomponius Maccho uirginem: praeteriens' e. q. s. (Virgi-
ne Bothius)

Maeuia Gellius X 24, 5 'diequinte enim et diequinti pro aduerbio
copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta . . . uenit ecce illius
uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Maeuia scribi-
tur: dies' e. q. s. Macrobius Sat. I 4, 22 'modo diequinti, modo die-
quinte pro aduerbio . . . uenit ecce illius uersus Pomponiani in mentem,
qui est ex Atellania, quae Maeuia inscribitur: dies' e. q. s. (Maebia
inscribitur Angl., duo Bodl. Gronouii et superser. u Bamb. Mebia
inscribitur Gud. Salisb. Med. a maeba i. Regiu. Macrobiu. metui
a scribitur optimi Gellii codd.)

Maialis I Nonius 183, 1 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum

si cibaria edd. duorum solum me e. c. cod., in quibus solum nisi
glossema potius existimandum erit, in tertii uersus principio locum ha-
bebit 73 contubernale cod. contubernale ego Bothius quod
edd. q. cod. quoad Bothius 74 An: simil est? quasi edd. quas libri

75 Dossennum Bothius dossensum Bamb. duossensum ceteri libri
discipulum Duentzerus Mus. phil. VI 287 76 uerorum Bamb.

77 hec Petau. Gellii his Paris. a Macrobiu sextust Fleckeisenus
Epist. crit. ad M. Hertziuum 29 sextus libri tertius Scriuerius
nil commendat Fleckeisenus edi Pontanus die septime Pon-

II (2)

Miserét me eorum, qui sine frustis uentrem frustra-
runt suum.

III (3)

80 cenam quaeritat:
Si eum nemo uocat, reuertit maestus ad maenam
miser.

MARSYA

Arnobius adu. nationes II 2 'quia fornicem Lucilianum
et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis.'
Cf. Munkius p. 87: Pomponi Secundi tragoediam intellegit
Duebnerus in Jahni et Klotzii horr. philoll. 1830 p. 438

MEDICVS

Dolasti uxorem: nunc eapropter me cupis
Concidere, et iam rhetorissas.

MVNDA

I (1)

Ego illam non amplectar? ego non sauiem?

II (2)

85 Si calendis domi conuiuant, idibus cenant foris.

NVPTIAE

. partem insipui concludi condepsui.

est. Pomponius Maiali: animos' e. q. s. II Nonius 473, 17 'frustro
pro frustror, Pomponius Maiali: miseret' e. q. s. III Nonius 476, I
'reuertit.'

Medicus Nonius 166, I 'rhetorissat, Pomponius Medico: do-
lasti' e. q. s.

Munda I Nonius 474, 12 'sauies. Pomponius Munda: ego' e. q. s.

II Nonius 474, 20 'conuiuant pro conuiuantur.'

Nuptiae Nonius 39, 12 'condepsere, commiscere, a Graeco trac-
tum ... Pomponius Nuptiis: partem' e. q. s.

tanus emoriar *Scioppius* moriar *libri* *De forma* diequarte *cf.*
Fleckeisenus l. l. 79 *frustris Bamb. et posteriore r comp. W Leid.*
frustrarū Bamb. 81 *mestus libri* *maenam mss. Gothofredi*
menam ceteri libri 82 *dolasti edd. dalasti libri* 83 *etiam Bo-*
thius, qui alteri personae haec tribuit 84 *amplectare Bamb.* *sa-*
biem libri plerique *sabiem Bamb.* *suauiem Junius* 85 *domi con-*
uiuant Duebnerus l. l. 440 conuiuantur, om. domi, libri *caenant*
Bamb. 86 *insipui partem Munkius* *condempsui W* *p. in-*

PANNUCEATI

I (6)

séd meus

Fráter maior, póstquam uidit mé ui deiectúm domo,
Núpsit posteriús dotatae uétulae uaricosaé uafrae.

II (1)

90 Sárculum hinc illó profectu's, illim rediistí rutrum.

III (4)

Díxi ego illud futúrum: in prima uálua est, uix haerét miser. —

'Euannetur ét mea opera ut fiat fecero ócius.

IV (2)

. . . quid? dedi nebuloni, quém pertisumst pauperem —

V (8)

paenulam in caput

95 Induce, ne te nóscat.

VI (3)

Múlier ubi conspéxit tam mirífice tutulatam tuam

Pannuceati Nomen quid sibi uelit (cf. Macc. gem. pr.) maxime produnt V et VI, quorum posterius (cf. VII) non tam ad donum mulieri factum sed ad hominem in trua latentem. capite obuolutum spectare uidentur. I Nonius 143, 27 'nubere ueteres non solum mulieres, sed etiam uiros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt.' II Nonius 18, 21 'rutrum dictum est a radendo.' ('ruendo' Mercerus) III Nonius 19, 22 'euannetur dictum est uentilatur uel mouentur, a uannu, in qua legumina uentilantur.' IV Nonius 18, 32 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia.' V Nonius 537, 7 'paenula est uestis, quam supra tunicam accipimus.' (Pannutiatis Bamb.) VI Nonius 19, 15 'truam ueteres a tereudo, quam

sipau contusi indepsui *Hildebrandus in Arnob. V 29* insipau *prae eunte Junio* 88 ui *Mercerus in libri* 89 uafrae *Junius* afrae *libri* 90 profectus *libri* illim *Gifanius* illum *libri* redisti *libri*, *corr. Bothius* *De correpto u in rutrum Lachmannus in Lucr. 36* 91 heret *libri* miser *Bothius* misera *libri* 92 mea ocus opera ut f. f. *libri. Erat cum de Orcinus cogitabam* 93 pertesunt *libri* pertesum *Aldus* pertaesum est *Bothius* propter te siui *Mercerus* per te sum passus *Munkius* pauperum *Bothius* 94 penulam *Bamb. incede Bamb. 'sed ce uix potest certo legi'* 96 conspexit *Bothius* aspexit *libri* titulata *Basil.* truam *edd. trulam Basil.*

VII (5)

Neque interim cacándi causa úmquam incoxauí nate.

VIII (7)

Núnc rogas quid fiat? restis uilis est, uelét gulam.

PAPPVS AGRICOLA

I (1)

Néscio quis quási molam urget ásinus uxorem tuam,
100 Ita opertis oculis simitu mánducatur ac molit.

II (3)

. dómus haec feruit flágití.

III (4)

Vólo scire ex te, cúr urbanas rés desubito déseris.

IV (2)

Núnc quando uoluísti facere, fác uoluptati sies
Íbus.

PAPPVS PRAETERITVS

105 Populís uoluntas haéc est et uulgó data:

Refrágant primo, súffragabunt póst, scio.

uos diminutíue trullam dicimus, appellari uoluerunt.' VII Nonius 39, 8 'incoxare, in coxam sidere.' VIII Nonius 416, 15 'uelare est cooperire, unde et reuelare nudare dicitur. Velare rursus legare.'

Pappus agricola Rus ex urbe inprouiso redeuntem Pappum intellegi fr. III probabiliter statuit Munkius p. 34 I Nonius 477, 1 'manducatur pro manducat.' II Nonius 498, 4 'genetius positus pro ablatiuo uel aduerbium loci ... Pomponius Pappo agricola: domus' e. q. s. Idem 503, 8 'feruit pro feruet ... Pomponius Agricola: domus' e. q. s. III Nonius 517, 28 'desubito Pomponius Pappo agricola: uolo' e. q. s. IV Nonius 486, 19 'ibus pro his minus Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat ... Pomponius Pappo agricola: nunc' e. q. s.

Pappus praeteritus Nonius 468, 7 'nagat. suffragantur. Pomponius Pappo praeterito: populis' e. q. s. Sisenua ... suffragauerunt.' Cf. Non. Papp. pract. (Pappo ed. 1526 Maeco Rothius)

trullam *ceteri libri* 97 candida *W* incoxauit *W*, et eraso in *Leid.* nates *ms. Fabri* 98 rogas *uulgo* rogis *libri* uilis *Turnebus Adu. XXX* 9 bilis *libri* 99 quasi molam urget] ellam urget quasi *libri* urget ellam qua *Bothius* 100 opertis oculis simul *libri* oculis opertis simitu *Bothius* molit *Junius* molet *libri* 101 fuerit placiti *libri* p. 498 102 res tam desubito *Basil.* 103 noluit *Leid. Bamb.* sies Ibus uel sis Ibus *Lachmannus in Lucr.* 262 105 datus *libri* uagas *edd.* uages *Bothius* 106 refragant primo, subfragabunt post scio *Rothius* refragabunt per suffragabunt

PARCI (?)

Nón erat quod córpus tremulum fámula tutarét toga.

PATRVVS

Mírur facies fátue, sistud nímiur mirabis diu.

PHILOSOPHIA

‘Ergo, mi Dossénne, cum istaec mémore meministi,
índica

110 Qui illud aurum abstúlerit. — Non didici áriolari
grátiis.

PICTORES

I (3)

. . pappus híc medio habitat, sénica non sescún-
ciae.

Parci Nonius 476, 10 ‘tutant ... Pomponius Partis: non’ e. q. s.
(Parcis Bothius 2 Patruo ed. 1526)

Patruus Nonius 474, 25 ‘mirabis. Pomponius Patruo: mirum’
e. q. s. (Pappo Junius)

Philosophia Nonius 514, 23 ‘memore pro memoriter. Pompo-
nius Philosophia: ergo’ e. q. s. (phophia ms. Junii Philosophia
Bothius Philosopho Gebhardus Philosophis Duentzerus Mus. phil.
VI 285) Priscianus XV 4 p. 1014 P. ‘Pomponius de philosophia:
cum istaec memore meminuit, pro memoriter.’ Et nomen fabulae
et uersus commentatus est Mercerus

Pictores. Sed dubium est. an non forte pro Piscatoribus potius ha-
bendi sint, praesertim cum ipsa codicum scriptura fr. V et VI (Pistori-
bus) eo ducere uideatur. Vtique horum duorum uersuum sedes ambigua
est I Nonius 17, 20 ‘senica significat senex.’ II Nonius 17, 15

post scio *Bamb.* refragabunt pro subfragabunt p. s. *ceteri libri. Quae
uulgo pro corrupto et manco lemme habita sunt, in quo suffragant pro
suffragantur Junius refr. pro refragabuntur V. D. 107 quod Aldinu
quid libri quae Bothius 2 An: qui, i. e. quo? 108 si stud nimium
Lachmannus in Lucr. 197 sistudium libri si istud studium Vossius
109 mi Dossenne Mercerus ni dossedne libri mi philosophe Duentzerus
istaec Bamb. istahec ceteri libri memorero Bamb. 110
quid W illud malum Palat. arilari W hariolari ceteri libri
gratiis Mercerus gratis libri 111 hic medio libri hic in medio Al-
dus hac in aedi Scaliger Coni. in Varr. p. 80 his in aedibus Gulielmius
Veris. II 16 seneca Leid. sescunciae Turnebus Adu. XVII
23, Gulielmius sescunciae Leid. sescuncia ceteri libri sesquisenica Sca-
liger*

II (2)

Mágnus manducó camellus . . . canthérius

III (5)

'Ipsus cum uno séruo senex intéstato proficiscitur.

IV (1)

'Asside, si quá uentura est áliqua strena strénue

V (6)

115 Quae túleram mecum milia decém uictoriáta,
In Graéca mercede ilico curáui ut occupárem.

VI (4)

Númmos certos dícas. — Dico quínquaginta milia.

VII (7)

Mírur ni haec Marsa ést, in colubras cállét cantí-
culam . . .

PISCATORES

I (3)

Quíd habes in surpículis, calue? — 'Omne piscatí
genus.

II (1)

120 Néscio quíd, sed nón est hoc merum híc quod plo-
rat . . .

'manducōnes, qui manduci dicti sunt, et mandones, edaces.' III Nonius 323, 27 'intestatus est, qui sine testamento perit. Intestatus est rursus, cuius uerbis fides non habetur.' IV Nonius 17, I 'strena dicta est a strenuitate.' V Nonius 356, 7 'occupare, collocare.' VI Nonius 280, 18 'dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus: nummos' e. q. s. VII Nonius 482, 7 'sic et callet illam rem pro illa re. Pomponius Pistoribus: mirum' e. q. s. (Pistoribus W m. pr.)

Piscatores I Nonius 488, 15 'piscati pro piscatus. Pomponius Piscatoribus: quid' e. q. s. II Nonius 344, 13 'merum, sincerum.

112 manducus libri camellus libri Turnebi Adu. XVII 23 camillus ceteri camelus Mercerus camelus es Bothius canterius libri magnus camelus manducus e. Munkius m. camelus, cantharus, cantherius Naekius in Niebuhrii Mus. Rhen. III 416 'ludens' 113 seruo int. uno senex Bothius 114 alia libri strenue Collectio Pisaurensis p. 377 strenae libri 115 uictoriatum Junius in mg., Gulielmius Veris. II 16 116 Graeca libri 118 colubres Bamb. canticulam Leid. Bamb. canticulum ceteri libri 119 syrpiculis libri picati W 120 sed om. libri quod hic libri

III (2)

Quid hoc ést tumulti?

PISTOR

I (1)

Décipit uicinos: quod moléndum conduxít, comest.

II (3)

Nám plus quaesti fácerem, quam quadrinas si habere-
rém molas.

III (4)

. fit desubito hilarus tristis, saltat ridens, ringitur.

IV (2)

125 . . nisi nunc áliquis subito óbuiam occurrit mihi,
Qui óquiniscat, quó conpingam términum in tutám
locum

PLACENTA

rústici

Edúnt libenter tristis atros intibos.

PORCETRA

I (1)

Gellius XVIII 6 'ex eo libro' (Aeli Melissi de lo-
quendi proprietate) 'uerba haec sunt: matrona est, quae

Pomponius Piscatoribus: nescio' e. q. s. III Nonius 484, 2 'tumulti
pro tumultus ... Pomponius Piscatoribus: quod' e. q. s. (Piscato-
ris W)

Pistor I Nonius 81, 21 'comest pro comedit ... Pomponius Pis-
tore: decipit' e. q. s. II Nonius 483, 25 'quaesti nel quaestuis
dictum pro quaestus ... Pomponius Pistore: nam' e. q. s. III No-
nius 517, 20 'desubito ... Pomponius Pappo agricola [III] idem Pis-
tore: fit' e. q. s. IV Nonius 146, 24 'oquiniscere est proprie iu-
clinare. Pomponius Prostibulo [I] idem Pistore: nisi' e. q. s.

Placenta Nonius 209, 4 'intiba generis neutri ... masculini Lu-
cilius Satirarum lib. V: intibus praeterea pedibus praetensus equi-
nis. Idem XXX: pulmentaria, ut intubus ... Pomponius iu placenta:
rustici' e. q. s. (piacenta Leid.)

Porcetram, Porcariam, Porcum unam eandemque fabulam habeo.

121 quid *Aldina* quod *libri* 123 rinas, *superscr.* quadri, *Leid.* qua-
drina *Bamb.* malos *W* 124 fit desubito hilarus *uulgo* altat *Bamb.*
ridet *coni.* *Munkius* 126 in tutum in totum locum *Leid.*

128 libenter pedibus tristis *libri* l. paedidos t. *Gulielmius Veris.* I 11
l. dapibus t. *Mercerus* l. pedibus tritos *Munkius* adros *Leid.* acres

semel peperit; quae saepius, mater familias: sicuti sus, quae semel peperit, porcetra; quae saepius, scrofa . . . de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellania, quae hoc eodem uocabulo inscripta est.

II (2)

. hóc sciunt omnes, quántum est qui cossím cacant.

III

130 Décedo cacátum in . . . uepréculam.

PRAECO POSTERIOR

I (2)

Séd me exercet sénica nequam, néque illo quid faciám scio.

II (8)

Vís facere ut nouérca uetulum dérepente déserat?

III (9)

Ad Véneris est proféctus mane uétulus uotum ut sólueret,

Ibi nunc operatus ést.

IV (1)

135 cálué, adportas nuntium
Nóbis disparém, diuisum: huíc seni senium ét metum.

De Porcaria cf. Ritschelius Parerg. I 141 II Nonius 40, 29 'cossimi dictum, quasi coxim. Pomponius Porcaria: hoc' e. q. s. III Nonius 231, 13 'uepres ... feminino Pomponius Porto per hypocorisma: decedo' e. q. s. (Portitore Junius in mg. Porco Bothius)

Praeco posterior Cf. Ritschelius Parerg. I 134 I Nonius 17, 21 'senica significat senex. Pomponius Pictoribus [1] idem Praecone posteriore: sed' e. q. s. II Nonius 518, 16 'derepente ... Pomponius Praecone posteriore: nis' e. q. s. III Nonius 523, 10 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare, uel conuiuari. Pomponius Praecone posteriore: ad' e. q. s. (posterior Bamb.)

IV Nonius 2, 27 'senium est taedium et odium Pomponius

Aldina 129 sciunt hoc *Bothius* 130 decedo cacatum uepra est ueprecula *libri*, sed decedo cacatum *om. Leid. Videntur igitur Pomponii quaedam excidisse, haec autem*: uepra est ueprecula *Nonii esse interpretis*. dede, cedo, cacatum: uipera est in ueprecula *Junius in mg.* decedo cacatum, uide prope est ueprecula *Munkius* 131 sed me sed exercet *W* 133 profectus est *Bamb.* profectu est *ceteri libri* profectu'st *numeris trochaicis Munkius* 134 operatu'st *idem* 135 Calue *Bamb.*

V (6)

'At te di omnes cūm consilio, calue, mactassint
malo!

VI (5)

Sí sciam quid uelís, quasi serui cómici commictilis

VII (3)

Térgum uarium, línguam uafnam

VIII (4)

140 'Age modo: sta, gárrí: particulónes produc ántibus.

IX (7)

Quót laetílias ínsperatas módo mi ínrepere ín
sinum!

X (Nou. Pr. post.)

Ego dédita opera té, pater, solúm foras

Sedúxi, ut ne quis éssel testis tértius

Praetér nos, tibi cum tónderem labeás lubens.

PRAEFECTVS MORVM

I (1)

145 'Vt sí qui est amíci amicus, gaúdet sí cui quíd boni

Praecone posteriore: calue' e. q. s. V Nonius 342, 11, 'mactare malo adficere significat ... Pomponius Praecone posteriore: at' e. q. s.

VI Nonius 83, 2 'commictilis. Pomponius Praecone posteriore: si' e. q. s. (pcon Bamb.) VII Nonius 19, 31 'uafnam est callidum et quasi valde Afrum et urbanum.' VIII Nonius 20, 5 'particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant.' IX Nonius 500, 26 'accusatiuus pro nominatiuo.' X Nonius 210, 24 'labeae rursum feminini ... Nonius Macco exnle ... idem Praecone posteriore: ego' e. q. s. Errasse Nonium in referendo poetae nomine persuasit Ritschelius Parerg. I 134

Praefectus morum I Nonius 118, 14 'germanitus, fideliter,

138 uis *Bothius* commictilis compositi *W* in *mg.* 140 sta, Cai *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 775* producam tibi *edd.*
141 quot *Junius* quod *libri* inspiratas *Bamb.* mihi *libri*
quot laetílias ínsperatas modo mi ínrupere ín sinum, *omisso quod praecesserit subiecto, Ritschelius de epigr. Sor. p. 20: nominatiuum pluralem Ostorum more positum censet Bergkiius in Ephem. suis 1851 p. 17* 142 ego *Junius* ergo *libri* 144 tunderem *Junius* 145 sí quis est *libri* amicus amíci *libri* amíco amicus *Junius* sí cui quíd *Duebnerus l. l. 441* sicut quíd *Bamb.* sicut qui *ceteri libri*

'Euenit . . . cuius amicus est germánitus.

II (2)

. . . pater adést: negato esse híc me: ego operibó
caput.

PROSTIBVLVM

I (5)

Vt nállum ciuem paédicaui pér dolum,
Nisi ípsus orans últro qui oquinisceret.

II (6)

150 Sí ualebit, púls in buccam bétet: sic dixín schema?

III (4)

. ego quaero quód edim, hae quaerunt quód cacent:
contráriumst.

IV (3)

'Ego rumorem páruí facio, dúm sit rumen qui ím-
pleam.

V (2)

Cóntinuo ad te cénturiatim cúrrent, qui paném petent.

VI (7)

quaé peditibus núbere

dictum a germanitate.' II Nonius 507, 31 'operibo pro operiam.'

Prostibulum I Nonius 146, 22 'oquiniscere est proprie inclinare.' II Nonius 224, 33 'schema feminino genere dici ueterum usurpat auctoritas . . . Pomponius Prostibulo: si' e. q. s. III Nonius 84, 1 'comedim pro comedam . . . Pomponius Prostibulo: ego' e. q. s. Cf. Nouii Bubulcus IV Nonius 18, 15 'rumen dicitur locus in uentre, quo cibus sumitur, et uinde redditur; unde et ruminare dicitur.' V Nonius 18, 12 'centuriatim dictum est abundanter et copiose; a centuriis, quae suffragium in comitiis ferebant.' VI Nonius 394, 15 'spurcum significat obscenum et impurum et lutulentum . . . Pomponius Prostibulo:

146 cuius amicus *ante Junium* cui amicus *libri Senarii uulgo continuantur* 147 adest *Bentinus* atest *libri* at st *Scaliger Coni. in Varr. p. 24* adest. — St *Schegkius Praem. ep. 10 ap. Grut. IV 908* pater! — At st *Munkius* 148 at *Bothius* pedicaui *libri* 149 ipsius *W* ultroque *Junius* 150 ualebit plus *libri* ualebit puls, *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 777* belet *idem* uetlet *libri* uetlet *Bothius 2* si dicin *libri* sic dicin' *Bothius* sic dicam *idem 2* sic dicunt *Munkius* 151 comedim *Munkius* has *libri* Cf. 140 quod *edd.* quos *libri* contrarius est *libri* contrarium est *Munkius* 154 peditibus *ms. Casauboni* pedibus *ceteri libri*

155 Póterant, equites spérant spurcae.

VII (8)

Quis híc est? quam obrem hic próstat? rictum et
lábeas cum considéro —

VIII (1)

Iámne abierunt? iám non tundunt? iámne ego sum
in tutó satis?

Núnqui hic restitít, qui nondum lábeas lerarít mihi?

PYTHO GORGONIVS

Hominém beatum, quó illae perueníbunt diuitiáé! . .

QVINQVATRVS

160 Vénit nos rogátum quando nóstrae essent Seplásiae.

RVSTICVS

Quid núnc uis fieri? — Vérrem sume dápsile ac di-
lucide

SARCVLARIA

Altér amat potat pródigit, patrém suppilat sémper.

quae' e. q. s. VII Nonius 456, 1 'rictum ferarum dici uolunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere ... item Pomponius Prostibulo: quis' e. q. s. VIII Nonius 18, 1 'deletere' (delirare Bamb.) 'est de recto decedere: lera' (lira Bamb. Leid. Montisp.) 'est autem fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur, et in quam uligo terrae decurrat. Pomponius Prostibulo: iamne ... mihi? id est, confoderit.' Pytho Gorgonius Cf. Munkius p. 41 Nonius 508, 4 'perueniunt. Pomponius Pintone Gorgonio: hominem' e. q. s. (Pithone ed. 1526 Pythone Scaliger Coni. in Varr. p. 151)

Quinquatrus Nonius 226, 18 'Seplasia feminini ... Pomponius Quinquatribus: uenit, inquit, rogatum' e. q. s.

Rusticus Nonius 513, 26 'dapsile. Pomponius Rustico: quid' e. q. s.

Sarcularia Cf. Caecili Rastraria, Nonius 13, 1 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur ... Pomponius Sarcularia: alter' e. q. s.

157 sunt in Gerlachii ed. *uncis inclusum est, quod quid sit nescio*

158 nunquis *libri* resistit *libri* restat *Bothius* 159 quod *W*
illae *edd.* ille *libri* 160 uenit nos rogatum *Bothius* uenit inquit ro-
gatum nos *libri*, nisi quod inquit *Leid.* sint *Bothius* Sepla-
siae *edd.* Seplesiae *libri* An: 'uéní', inquit, 'rogatum quando
uostrae essent Seplasiae.'? 162 amat potat *Gulielmii Veris. I 11*
amad portat *libri*

SATVRA

I

Cuiusnis leporis Liber diademam dedit.

II

Blanda fallax superba inpotens

165 Discordis

III

Non frustilatim, nec minutatim dari

SPONSA PAPPI

Pol magis curabo, ut ubi cognorint, omnis una ad-
sentiant.

SYNEPHEBI

Charisius I p. 108 P. (77 L.) 'incolume. Cicero . . .
quo stante et incolume. Pomponius quoque in Synephebis:
incolume illo.' Cf. Ritschellius Parerg. I 133

SYRI

I (2)

Quidam apud forum praesente testibus mihi uendidit.

Satura I Priscianus VI 2 p. 679 P. (I 222 K.) 'Pomponius in Satura:
cuiusnis ... dedit, pro diadema.' (Pompinus Reg. Pompinius Halb.
Erl. a) II Priscianus VI 18 p. 726 P. (I 288 K.) 'discors discor-
dis ... antiquissimi tamen solebant genetiium similem proferre in his
nominatiuo. Caecilius ... Pomponius in Satura: blanda' e. q. s.
III Nonius 112, 9 'frustatim et frustilatim, per frusta, ut minutatim.
Pomponius Verre aegrotto [1] Saturarum: non' e. q. s. (Lucilius
Saturarum Junius Ennius Sat. Plauekius)

Sponsa Pappi Nonius 275, 24 'cognoscere est audire, aestimare
... Pomponius Pansa Pappi: pol' e. q. s. Idem 469, 20 'adsensit
est et passiuum ... Pomponius Sponsa Pappi: pol' e. q. s. (pansa
pappipole Gen. p. 275 Papi W p. 469)

Syri Scopas intellegi posse monuit Munkius I Nonius 154, 16
'praesente, coram uel praesentibus. Pomponius Syris: quidem' e. q. s.

163 cu sui lepoltris *Amiens.* deademam *Grut.* deiadimam *Sang.*

164 balanda *Bong.* fallax (ll *sup. ras.*) *Grut.* flallax
Amiens. 166 minutim *W, et superscr. ta, Leid.* 167 e magis
libri p. 275 curabo *om. libri p. 469* ut *Duebnerus l. l. 441,*
Lachmannus in Lucr. 362, om. libri cognorint *libri p. 469* omnes
libri p. 275 assentiant *libri p. 275* 168 quidam *Junius quidem*
libri

II (1)

Lápatium nullum útebatur, lárdum lurhabát lubens.

VACCA uel MARSVPIVM

170 . . simul intró ueni, accessi ád patrem, prendí ma-
num:

'In terram, ut cubábat, nudam ád eum ut conquexi,
interim

Múlieres conspiciunt.

VERMIONES

I (2)

aperibo, non possúm pati:

'Orcus est, quem amáre coepi: pínguis, non pulchér
puer.

II (1)

175 Séd qui utrosque errór uos agit, éxpedibo . . .

VERRES AEGROTVS

I (1)

Vérum illi ualént, qui bene luctántur cum leónibus:

II Nonius 11, 3 'lurcoues' ('luchrones' Bamb.) 'dicti sunt a lur-
chando: lurhare est cum auiditate cibum sumere ... Pomponius Syris:
lapatium' e. q. s.

Vacca uel Marsuppium Cf. Ritschelius Parerg. I 156. 168 Pris-
cianus X 3 p. 885 P. (I 484 K.) 'conquinisco conquexi. Est autem
conquinisco caput incliuo. Pomponius in Vacca uel Marsupio ait: simul'
e. q. s. (baccha Bamb., tres Krehlii marsuppio Reg. Sang. Bong.
Halb.) Thesaur. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 152 'conquinis-
cere, ocnlos claudere. Pompinus: ad eum' e. q. s.

Vermiones nisi forte pro Verminantibus dicti sint, non expedio. Nec
Vernionum, quos taciti tolerauerunt editores, ullus extitit interpres

I Nonius 506, 30 'aperibo pro aperiam. Pomponius Vernionibus:
aperibo' e. q. s. (Vermionibus Bamb.) II Nonius 505, 7 'expe-
dibo pro expediam ... Pomponius Vernionibus: sed' e. q. s.

Verres aegrotus I Nonius 112, 4 'frustatim et frustilatim, per

170 simul in utroq. ueni *Sang.* 171 terram *Reg. Sang.*
Bamb. Bong. Halb. Grut. Barb. (ras. post m) terra *uulgo* nudam
Reg. Bong. nuda *ceteri* conquexi (t ut uil. erasa post i) *Halb.*
172 conspiciunt *corr. in* conspiciunt *Bong.* *Numeros perspexit* *Scal-*
iger Cast. ad Fest. p. XLVI 173 possum ciuem pati *ed. 1480*
174 porcus *Scaliger Coni. in Varr. p. 17 ortus ante Aldinam hortus*
Munkius 175 se *W* utrosque *Munkius* utroque *libri* 176 bene

'Et eis te obiectés frustatim pásserinum prándium?

II (2)

. . iam istam cólafis conminúissem testatím tibi.

VERRES SALVOS

nolo párciter. —

180 Támquam frater mihi sis, medium abdómen tecum
diuidam.

EX INCERTIS FABVLIS

I (2)

. . poëma plácuit populatím ómnibus.

II (Togati)

Vinúm penumque [omnem álium praeberém tibi.]

III (S)

. . quo pacto cáream tam pulchrá penú?

frusta, ut minutatim. Pomponius Verre aegroto: uerum' e. q. s.
II Nonius 178, 25 'testatim.'

Verres saluos Nonius 515, 5 'parciter pro parce. Pomponius
Verres albeolo parciter' e. q. s. (uarres Leid. m. pr. salueolo,
b super u scr., Leid. stabeolo ed. pr. albeolo W aegroto Rothius
sauaeolom, i. e. suauiolom Lipsius Antiq. lect. II 4 in textu posuit;
itemque sat beabo Bothius 2)

Ex inc. fab. I Nonius 150, 19 'populatim, per populos. Pom-
ponius magnius poëma p. p. o.' (Maccis geminis Junius, fortasse
recte) II Nonius 219, 30 'penus ... masculini Pomponius Dogali
unum penum quae omnem ceterum aliam praeberem penum.
Nouius Dofacta' e. q. s. (Pomponius Dotata Mercerus P. Togatis
uel Dotali Bothius P. Doga Munkius de Pomp. 69. Scribendum puto
aut: Pomponius ... uinum penumque ... Nouius Dotata:
omnem e. q. s. aut: Pomponius ... uinum penumque omnem
alium praeberem tibi. Nouius Dotata: ceterum ... penum.
Nisi forte Pomp. inc. fab. III excidit, ut reliqua Nouii sint. Cf. Atta inc.
fab. IV et Nouius inc. fab. I) III Cledonius p. 1896 P. 'haec penus.
Pomponius: quo pacto' e. q. s. Charisius p. 113 P. (80 L.) 'P.....
.....e careo tam pulchra penus peni si femininú penoris ut peco-

om. libri 177 eis *om. libri* 179 nolo] *uide supra* 180 abdo-
mericum *Bamb.* abdomen cum *ceteri libri* 181 magnus poëta *ante*
Mercerum 182 dogali unum penum quae omnem ceterum aliam
praeberem penum *libri, nisi quod* praebere in *corr. ex* praeberem *Leid.*
Vide supra. do illi uinum penumque *e. q. s.* Junius uinumque et cete-
ram omnem praeberem penum *Bothius* do ego alii uinum penumque
omnem ceterum *Neukirchius* 183 careo *Charisii cod.*

IV

. úrbis superiorem

185 Locum inscende.

V (4)

nuptam quaquam

VI (5)

cum interim

Neque malis molui neque palatis pinsui.

VII (6)

interim

190 Dum contemplor orcam . . . taxillos perdididi.

VIII

Nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam.

IX

Quidam adeo in latebras fugerunt, ut putent in turbido

'Esse, quidquid est in luce.

ris' e. q. s. Ita cod. teste H. K. IV Nonius 429, 16 'inter urbem et civitatem hoc interest: urbs est aedificia, civitas incolae . . . Pomponius cum vertice superiorem l. i.' V Charisius II p. 192 P. (128 L.) 'quaquam Salustius: tametsi haud quaquam par gloria sequitur . . . Pomponius quoque in negas nuptam quaquam.' (Fortasse in ergastulo: nuptam. An ita potius: in . . . negas nuptam?) VI Diomedes p. 370 P. 'pinso . . . pinsui, ut est apud Pomponium: cum' e. q. s. Priscianus X 8 p. 902 P. (I 505 K.) 'pinso pinsui facit praeteritum, quod Probus usu Pomponii comprobat: neque malis' e. q. s. VII Priscianus III 6 p. 615 P. (I 133 K.) 'talus taxillus. Pomponius: interim' e. q. s. Thesaur. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 584 'hic taxillus, si dimittit, unde Pomponius: dum' e. q. s. VIII Cicero ad Fam. VII 21 'uides enim exaruisse iam veterem urbanitatem: ut Pomponius noster suo iure possit dicere: nisi' e. q. s. IX Seneca Epist. 3, 6 'itaque hoc quod apud Pomponium legi, animo mandabitur: quidam'

184 urbis] cum vertice libri. In literis cum fabulae nomen latere videtur. cum urbis Junius cum in urbe ante Aldinum 185 inscende libri incendere edd. inscendo Junius inscenderet Munkius 188 molis libri, nisi quod moles Grut. Sang. Prisciani palatis Diomedes, Grut. Reg. Sang. Bamb. Bong. Barb. Prisciani pilis edd. Prisciani pilatim Bothius pistillis Munkius Vel si quis malit: cum interim neque e. q. s. 190 orcam] pugnam Thesaur. dum orcam contemplor tax! taxillos p. Bothius 192 fugerunt Bern. effugerunt Erl. transfugiunt Vatic. α γ Palat. Alex. Ottob. refugerunt ceteri turpi loco Erl. 193 in luce est libri

X

Heu, quá me causa, Fórtuna, infesté premis?

XI (7)

Macrobius Sat. II 1 'Nouius uero Pomponiusque iocos non raro dicteria nominant.'

XII

Augustinus de ciu. dei IV 16 'deam Murciam, quae praeter modum non moueret ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et inactuosum.'

XIII

Festus p. 318 M. 'saccom[orum genus est arboris, quam dicta]m Pomponius [ait ex fico atque m]oro, quod ficus ea [sit et morus: unde] nomen per m[oron et ficum deductum est.' Cf. Isidorus Orig. XVII 7, 20 de sycomoro. Festum suppleuit Vrsinus, Pomponius autem fortasse potius Pompeius Sextus erit intellegendus.

N O V I V S

AGRICOLA

I (1)

Edepól, paternam qui comest pecúniám

II (2)

Quíd ita? quia enim répuerascis, fúgitas personás,
pater.

e. q. s. X Varro de L. L. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est ut apud Ennium: hehae ... apud Ennium: cheu ... apud Pompilium: heu' e. q. s. Pomponio ascripti motus scripturae discrepantiis, quibus apud Priscianum Pomponii ex Saturá fr. I et in Thesauró Latinitatis A. Mai eiusdem ex Vacca et ex incertis fab. VII Pompini nomine feruntur. Atque ipsum *ἐπιγαμμάτιον*, quod Papinio auctori apud Varronem VII 28 redditur, Pomponi esse dicitur in Prisciani libris, quibus credere certe non audaciús est, quam Pompili fallacem memoriám Bergkio Ephem. Marburg. 1851 p. 231 spondente altero male stabilito testimonio fulcire.

Noui Agricola I Nonius 81, 24 'comest pro comedit ... Nonius Fullonibus feriatís [I] idem Agricola: edepol' e. q. s. II Nonius

2 quid *Aldus* quod *libri* fugitas *Mercerus* fugit has *libri*

III (3)

. . licetne dúo uerbis? — Etiám primo et postrémo
Idém

ASINIVS

5 'Age nunc, quando rhétoricasti sátis, responde quód
rogo.

BVBVLCVS

Quód editis, nihil ést: si uultis quód cacetis, cópia
est.

BVBVLCVS CERDO

Cum ád lupam nostrám tam multi crébro conmetánt
lupi

DAPATICI

I (1)

primum quod dicebo,
Recté, secundum quód dicebo, est mélius

II (2)

10 Tíbi cum fidebó, fidelis égo ero

165, 25 'repnerascere, in puerum redire.' (sic Bamb.) III Nonius
500, 28 'nominatiuus pro datino. Nonius Agricola: lecuete ...
postremo. Idem Plautus' e. q. s.

Asinius Nonius 476, 3 '[rhetoricasti pro rhetoricatus es] Nonius
Asinio: age' e. q. s. (Nonius ... quando om. Harl. Asino
Junius)

Bubulcus Nonius 507, 5 'edim pro edam ... Nouius Bucculo:
quod' e. q. s. (Bacculo, sup. a, W Buculo siue Bucula Duentzerus
Mus. phil. VI 289)

Bubulcus Cerdone Nonius 89, 30 'conmetare, coumeare. Nonius
Bubulco Cerdone: cum' e. q. s.

Dapatici I Nonius 507, 1 'dicebo pro dicam. Nouius Depaticis:
primum' e. q. s. (Depactis Bothius 2) II Nonius 509, 2 'uidebo.
Nonius Dapaticis: tibi' e. q. s. (fidebo Bentinus)

3 licetne *Bothius* (*qui cetera sic turbauit*: licetne duobus uerbis? —
Etiám. — Prome postremo fidem) leenete *libri* leno te *Munkius* et
postremo *om. Bamb.* primo postremoque idem *Munkius*, *quasi le-*
nonis responsum 4 *Nostris* ero uel auscultabo *supplendum est*
5 *satis om. libri* quod te rogo *libri* respondeto quod rogo *Bo-*
thius 2 6 editis *ed. 1526* edisti *libri* si *om. Bamb.* 8 quo
Bamb. 9 quo *Bamb.* est *Gerlachius* et *W* eo *ceteri libri*
10 fidebo *Bentinus* uidebo *libri* uiuebo *Lipsius Epist. quaest. IV* 19
ego *om. libri*

DECVMAE

I (1)

Si ignótis inpertíbis, fient fácius.

II (2)

Me nón uocabit, ób eam rem hanc fecí fallam

III (3)

Iam égo illi subiens súblabrabo ésui illud sínciput.

IV (4)

quód profanáui modo,
15 Sí tris menses íam sim in aede, páriter ut dispértiam.

DOTATA

'Artiuit linguam ín palatum, coépit labia súgere.

DVO DOSSENNI

Séquimini me, praémiati, séquere, temetí timor!

ECVLEVS

. . . oleas cépe ficos

II (1)

Duás uxores? hércle hoc plus negóti est, quam qui
cótio

Séx aediles uiderat.

NVPTIAE

65 Aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

PARILIA

Foriolus esse uidére: in coleós cacas.

PAVPERTAS

I (3)

. . . nil refert, móllem e lanitia 'Attica

An péctore ex hircórum uestítum geras.

Necyomantia I Gellius XX 6, 6 'non paucis in locis nostri atque nostri dictum, non nostrum aut nestrum. Laberius in *Necyomantia*: dum' e. q. s. (Labens Petau. ≡ *necyomantia* eraso m Voss. Petau. *Reg. necyomania*, corr. cyo m. alt., in ero, Germ. *necromantia* Guelf.)

II Gellius XVI 7, 12 'item in *Necyomantia* cotionem pernulgatē dicit, quem neteres arillatorem dixerunt. Verba Laberi haec sunt: duas' e. q. s. (*neciomania* Lugd. ne cyonantia Voss. *neciomācia* Paris. *necromantia*, r m. alt. in ras., Germ. *netromancia* Thu. *contionem* Thuan.)

Nuptiae Nonius 126, 30 'iniquat.'

Parilia Nonius 114, 13 'foria, stercora liquidiora ... Lanerius in *Panilicis: foriolus*' e. q. s. 'foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris.' (*Panilicis* Bothius 2: fortasse *Parilicis*, ut *Comitalicis*, *Indi* sunt intellegendi)

Paupertas I Nonius 212, 21 'lanicium genere neutro ... feminino

62 detinetur *Magl. Reg.* 63 herecle hoc *Bothius* hoc herecle *libri*, nisi quod hec *Thu. et hereule Petau. Lugd. Paris.* } hereule (} m. alt., ut uid.) *Germ. herecule Reg.* } *negocii Paris. negotio Reg.* est quam qui] cēt. Quid *Paris. cēn* quid *Lugd.* est inquit *ceteri* est: set quid *Fleckeisenus, praetaturus tamen* est quam quod: uide *Epist. crit. ad M. Hertziun p. 40* 63 sq. cocio sex aediles uiderat *Petau. Germ. Voss. Magl. Reg. cotio* (cf. *Fleckeisenus Mus. phil. VIII 231*) sex ediles uiderat *Thuan.* cocios ex ediles uiderat *Lugd.* cocios exiles uiderat *Paris.* 65 indigna *Bothius* indignat *Leid. Bamb.* indignanti *ceteri libri* 66 uideres *Leid.* uideres *W* uideris *ceteri libri* 67 nil *Bothius* nihil *libri* *Arctica Bothius* 68 pecore ex hircorum

II (1)

Visus hac nocte égo bidentis [sum Hérculi] proptér
uiam

70 Fácere.

III (2)

. meó licentiátu

PISCATOR

Incertus de orthogr. p. 2796 P. 'Laberius in Piscatore singulariter hoc pugillar dixit.' Charisius I p. 75 P. (55 L.) 'item laber . . . singulariter hoc pugillar dicit.' (Ita enim cod. teste H. K.)

RESTIO

I (1)

Demócritus Abderítes physicus philosophus
Clipeúm constituít cóntra exortum Hyperíonis,
Oculós effodere ut pósset splendore aéreo.

75 Ita rádiis solis áciem effodit lúminis,

Lauerius Paupertate: nihil' e. q. s. II Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam ones a Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt . . . et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponi in Atellana [Gall. Transalp.] Laberius in Paupertate: uisus' e. q. s. III Nonius 212, 5 'licentiam feminino. Masculino Laberius in Paupertate: meo l.'

Restio I Gellius X 17 'Democritum philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est, uirum praeter alios uenerandum auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se prinasse, quia existimaret, cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus uegetiores et exactiores fore, si eas nidendi inlecebris et oculorum impedimentis liberasset. Id factum eius modumque ipsum, quo caecitatem facile sollertia subtilissima consciuit, Laberius poeta in mimo, quem scripsit Restionem,' (rettiozem Voss. rectorẽ Germ. Guelf.) 'uersibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit, sed causam uoluntariae caecitatis finxit aliam, uertitque in eam rem, quam tum

libri ex hircorum pecore Muretus Var. lect. XVIII 10 uestitum
Lipsius Ant. lect. II 4, Muretus uestium libri plerique uestigium W

69 ego *Bothius, om. libri* bidente *Leopardus Emend. XV 19*
sum Hérculi *om. libri: cf. Festus p. 229 'propter uiam'* 71 licen-
tialu *Gesnerus licentatus libri* 72—79 *Disposuit hos uersus Frute-*
rius Veris. II 13 72 abderides *Thuan.* 73 clipeum *Reg. cly-*
peum ceteri 74 ut *sup. m. pr. Magl.* spendore *Bern.* 75 so-
lus *Bern.* aciem] aerem (ere *m. alt.*) *Germ.*

Malis bene esse né uideret ciuibus.
 Sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
 Volo élucificare éxitum aetati meae,
 Ne in ré bona esse uideam nequam filium.

II (2)

Gellius XVI 7, 6 'Laberius .. item Restione talabarrunculos dicit, quos uulgo talabarriones.' (Sic libri omnes. calabarr. uulgo)

SALINATOR

80 Nón mammosa, nón annosa, nón bibosa, nón procax

SATVRNALIA

Gellius XVI 7, 11 'Laberius ... atque item in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, botulum pro farcimine appellat, et hominem leuennam pro leui.' (botulum Paris. leuennem susp. Bothius)

agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc apud Laberium dicit, diuitis auari et parci, sumptum plurimum asoticonque ('asotiamque' uel 'asotumque' corr. Ritschelius *Iud. lect. aest.* 1854 p. IV) 'adulescentis uiri deplorantis. Versus Laberiani sunt: Democritus' e. q. s. Nonius 106. 20 'elucificare, dictum a luce. Laberius [77 sq.]'

Salinator Gellius III 12, 4 'bibosum dictum nondum etiam usquam repperi, nisi apud Laberium; neque aliud est quod simili incliuatu dicatur. Non enim simile est ut inuiosus aut uitiosus ceteraque, quae hoc modo dicuntur: quoniam a uocabulis, non a uerbo inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, uerbo hoc ita utitur: non' e. q. s.

76 eēt *Thuan. Bern.* ciuilibus *Thuan. Bern. Lugd.* 77
 ego] ito *Nonii codd.* cito *Burmannus* fulgentis splendorem pecuniae *Gronouius* fulgentis splendore pecuniae *Nonii libri plerique* fulgentis splendore in petuniae *Voss. Gellii* fulgenti splendore pecuniae *Leid. Bamb. Nonii* fulgenti splendore in pecuniae *Petau. Reg. Thuan. Magl.*, et nisi quod pecuniae *Bern. Lugd. Gellii* fulgenti splendore in pecunia *Germ. Gellii* 78 uolo elucificare *Nonius* uelo lucificare *Voss. Petau. Reg. Bern. Lugd.* uolo ludificare *Thuan. Gellii* aetatis *Nonius* 79 ne *om. Lugd.* uideam esse *Petau. Reg. Germ. Magl. Lugd. Thuan. Bern.* quam *Lugd. Thuan. Bern.* 80
 annosa] *Cf. M. Hertzius Exped. philol. clin.* 13

SCYLAX

. libidinitate lábitur

SEDIGITVS

Gründientem aspéxi scrofam

SORORES

I (2)

Hoc uóluit clipeum cóntra peluem próici.

II (3)

. laus nomen glória

s Adolésцит

III (1)

. écastor mustúm somniculósum

STAMINARIAE

Tóllat bona fidé uos Orcus núdas in catónium.

Scylax. Eundem nimum esse quem Catularium, statuit Scaliger, nec aduersatur Ritschelius Parerg. I 158 Nonius 491, 4 'libidinitas pro libidine. Laberius in Scylace: l. l.'

Sedigitus Nonius 114, 29 'grunnire dicuntur porci, quod eorum proprium uocis est ... Laberius in Sedigitio: g. a. s.' Idem 465, 1 'grundire cum sit proprie sum, ut Laberius in Sedicit: grundientem a. s.' (Sedigito ed. 1526)

Sorores I Nonius 196, 24 'clipeus generis masculini ... Neutro Virgilius: et clipeum super intonat ingens. Licinius in Marte: pars magna leuius clipea portant. Lauerius Sororibus: hoc' e. q. s. II Nonius 248, 4 'adolescere, crescere, unde adulescentem dicimus' (sic Lachmannus in Lucr. 140 'dicit' libri) 'Lucretius lib. II: denique adulescendi' ('alescendi' Lachm.) 'summum tetigere cacumen. Laberius in Sororibus: laus' e. q. s. III Nonius 172, 30 'somniaulosus, quod ad somnos uacet.' Gellius IX 12, 11 'item C. Calvus in poëmaticis laboriosus dicit, non ut uulgo dicitur qui laborat, sed in quo laboratur ... Eadem ratione Laberius quoque in Sororibus: ecastor, inquit, m. s.'

Staminariae Gellius XVI 7, 4 'Laberius ... neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiore uulgi usu ponit, quale est in Staminariis: tollet' e. q. s.

81 libidinitate *Bamb.* (etiam in *lemmate*) 82 scrofum *Bamb.*
p. 465 83 clypeum *edd.* clipeus *libri* 84 nomen *Lachmannus*
in Lucr. 140 nomine *libri plerique* nomine agendi nomine *Geneu.*
 85 alescit *Lachmannus* laus cum adolescit, nominatur gloria *Bo-*
thius 2 86 multum *Nonii libri* 87 ortus *Magl. Lugd.* catomū *Petau. Magl. Lugd. Reg.* catomum *Turnebus Ath. I 28* catonium
quasi κατώνιον tuctur *Salmasius ad Ael. Spart. uit. Hadriani c. 18*
catonium Juntina: fortasse recte. Cf. Isidori gloss. 'catomaiti, ergas-
 tulum.' et 'catomaiñ, ergastulum', quae catonium correxit *Nansius.*

STRICTVRAE

. caput sine linguâ pedari . . . sententia est.

TAVRVS

. hietantur fores

TVSCA

I (2)

90 . dominus noster est tua luculentitate captus.

II (3)

Cóncitatam móbilitata mente maestas . . .

III (1)

. bipedem, bliteam hélum

IV (4)

'Inridenter petit

VIRGO

I (3)

Amóre cecidi támquam blatta in péluim

Stricturae Gellius III 18, 9 'uersum quoque Laberi, in quo id uocabulum' (pedarius) 'positum est, notari inssimus, quem legimus in mimo, qui Stricturae inscriptus est: caput' e. q. s. (qui stricturae Vat. q̄s teture Rott.)

Taurus Diomedes p. 336 P. 'hietare et hiatare . . . Laberius etiam in Tauro passiuo modo enuntiauit: hietantur fores, pro eo sane, quod est hietant, id est patent.'

Tusca I Nonius 135, 3 'luculentitatem a luculento . . . Lanerius Tucca: dominus' e. q. s. (Thucca Leid.) II Nonius 137, 27 'maestas pro mestificas' ('moestificas' Junius) 'Laberius Tusco: concitatam' e. q. s. III Nonius 80, 25 'blitea, inutilis, a blito, herba nullius usus . . . Laberius in Tucca: b. b. b.' IV Charisius II p. 181 P. (119 L.) 'inridenter: Laberius in Tusca: inridenter petit.'

Virgo I Nonius 543, 26 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria per-

Charonium *Loënsis Misc. epiph. III 5 cont. Cic. ad Fam. VII 25 et schol. Iuuenal. II 142* 88 capud Vat. lingua Vat. pedani Vat. Reg. pedarii, sed ut rii pro ni accipi possit, Rott. pedarii ceteri libri pedaria uulgo sine lingua caput pedarii sententia est *Fleckenstein Epist. crit. ad M. Hertziū p. 24* 90 est om. libri dominus luculentitate captus est noster tua *Bothius* 91 concitata *Leid.* mobilitata om. *Leid.* concitata mobilitata mente me maestas *Bothius* 2 93 *An iambice: inridenter petit?* 94 blata *Bamb.*

II (2)

95 Siquidem meâ colustra frētus fecissēt . .

III (1)

alienum appetōnibus
Viaē perditaē sunt diuérticula . .

EX INCERTIS FABVLIS

I

Prologus

Necēssitas, cuius cūrsus transuersi impetum
Voluērunt multi effūgere, pauci pōtuerunt,
100 Quo mē detrusit paēne extremis sēnsibus!
Quem nūlla ambitio, nūlla umquam largitio,
Nullūs timor, uis nūlla, nulla auctōritas
Mouēre potuit in iuuenta dē statu:
Ecce in senecta ut fācile labefecit loco

luuntur, unde ei nomen est. Lauerius Virgine: amore' e. q. s. II Nonius 84. 13 'colustra, lac concretum in mammis' (ita Hauptius Philol. II 489: cf. e. g. Thesaur. non. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 148 'colustrum, lac concretum in mammis.') 'Lucilius ... Lauerius in Virgine: siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte.' Ex quibus [ere] terris ludere ... sumere aquam ex fonte uerba Nacuii Lycurgo (XVII) restitui III Nonius 74. 8 'appetones ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine: alienum' e. q. s. (appeditones Bamb. Liberius Bamb.)

Ex inc. fab. I—III Macrobius Sat. II 7 'Laberium asperae libertatis equitem Romanum Caesar quingentis milibus inuitauit, ut prodiret in scenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed potestas non solum, si inuitet, sed etiam si supplicet, cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his uersibus: Necessitas' e. q. s. 'In

95 . . siquidem e. q. s. commendat Fleckeisenus 96 apetonibus
libri 97 perditae diuerticulas Bamb. perditae deuerticulas ceteri libri

Numeros sic restituere Bothius sibi uisus est: deuerticulis praeditae uiae alienum appetonibus: alia alio modo transpositis uerbis temporari possunt, sed ea nostris baccheis cum sept. troch. mixtis minus probabilia 98 currus, sup. s, Salisb. transuersos Bened. Gronouii

impetu Angl. Bamb. m. pr. Gud. Palat. Regin. Helu. a, Bodl. Gronouii 100 me] modo Regin. detrusi Scaliger, qui Florileg. (Lutet. 1670) p. 70 Graece uertit hunc prologum extremis] exemplis uel ereptis uel externum uel extorrem uel ex mentis Oudendorpius

101 nulla inquam Gud. nulla quem Bothius 102 actoritas Gud.

103 in iuuenta potuit Par. a 104 lebefecit Gud.

- 105 Viri excellentis mente clemente edita
 Summissa placide blandiloquens oratio!
 Etenim ipsi di negare cui nil potuerunt,
 Hominem me denegare quis possit pati?
 Ego his tricenis annis actis sine nota
- 110 Eques Romanus e Lare egressus meo
 Domum reuertar minus. Ni mirum hoc die
 Vno plus uixi mihi quam uiuendum fuit.
 Fortuna, immoderata in bono aequae atque in malo,
 Si tibi erat libitum, literarum laudibus
- 115 Florens cacumen nostrae famae frangere,
 Cur cum uigebam membris praeuiridantibus,
 Satis facere populo et tali cum poteram uiro,
 Non me flexibilem concurnasti ut carperes?
 Nuncine me deicis? quo? quid ad scenam adfero?
- 120 Decorem formae an dignitatem corporis,

ipsa quoque actione subinde se, qua poterat, ulcisceretur inducto habitu Syri, qui uelut flagris caesus praeripientique se similis exclamabat: [II] et paulo post adiecit [III]. Quo dicto uniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes inopotentiam eius hac dicacitate lapidatam. Ob haec in Publium uertit fauorem.' Narrauerat eadem Gellius in libro VIII, cuius capitulum 15 hoc est: 'quibus modis ignominiatu tractatusque sit a C. Caesare La-

105 demente *Angl.* clementi *Heinsius* 107 dii negare cui nihil *Salisb.* de negare cui nil *Angl.* de negare cui nihil *Palat. Borb. Regin. Montepess., et i scripto super de Bamb.* cui nichil di negare *Gud.*
 108 quis] qui *susp. H. Meyerus Anth. Lat. p. 22* 109 ergo *Angl. Gud. Salisb. Med. a Borb. Regin.* trecentis *Par. a* trigenis *Gud. Palat. m. alt.* 110 e *Fruterius ep ad Muret., Schneidewinus Mus. phil. II 636, om. libri ex Scaliger uix Heinsius* 111 domum *ad nectitur uersui antecedenti in Borb. Regin.* minus *Angl. Borb.*
 112 *om. Par. a Borb.* 113 immoderato *Borb.* bona *Angl.* aequae *om. cod. Pontani* 114 ludionum lusibus *Fruterius* 115 florens *Lipsius spec. crit. 1, probauit Schneidewinus: item Meyerus nisi forte uersus excidit* floris libri 118 me flexibilem *Boethius flexibilem me libri* paceres *Gulielmus Misc. quaest. 5* 119 nuncine me deicis? quo? *Janus duce Schneidewino, qui nuncine me deicis quo? posuerat.* nunc me deicis. quo *Angl. Bamb. Med. a b c, et nisi quod deicis Salisb. Palat.* nunc me deicis quo *Gud. Par. a Reg.* nunc me deicis quo *Borb.* nunc me deicis? sed quo? *Bodl. Gronouii. Ceterum non adsentior Jano quo interpretanti quem ad finem quod Borb.*

Animí uirtutem an uócis iocundáe sonum?
 Vt hédera serpens uires arboreás necat,
 Ita mé uetustas ámplexu annorum énecat:
 Sepulcri similis nil nisi nomen rétiŕneo.

II

125 Porró, Quirites! libertatem pérdimus.

III

Necesse est multos timeat, quem multi tímēt.

IV

Non póssunt primi esse ómnes omni in témpore.
 Summum ád gradum cum cláritatis uéneris,
 Consístes aegre, níctu citius décidas.

berius poëta: atque inibi appositi uersus super eadem re eiusdem Laberii.' III Seneca de ira II 11, 3 'occurrat hoc loco tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter conuertit, quam si missa esset uox publici adfectus: necesse' e. q. s. Inter Publii Syri sententias refert Io. Saresberiensis Policr. VIII 14: cf. P. Syri sent. 444 ed. Orell. Sólón apud Anton. Melliss. serm. περί βασιλέως (Orelli opusc. Graec. sent. I 162, 19) ὁ πολλοῖς φοβερός ὢν πολλοῦς φοβείσθω. IV Macrobius Sat. II 7, 9 (Publius Syrus) 'cum mimos componeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus Romae per Caesaris ludos omnes qui tunc scripta et operas suas in scenam locauerant pronocauit, ut singuli secum posita inimicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recusaute superauit omnes, in quis et Laberium. Vnde Caesar adridens hoc modo prountiauit: Fauente tibi me nictu es, Laberi, á Syro: statimque Publico palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. Tunc Publius ad Laberium recedentem ait: Quicum contendisti scriptor, hunc spectator sábleua. Sed et Laberius sequenti statim commissione mimo nono interiecit hos uersus: non pos-

123 enecat *Par. a*, *Schneidevinus* necat *ceteri libri* secat *Pontanus* terit uel comest *Oudendorpius* 124 sepulchri ('uel . . cri') *Palat. Par. a* *Borb. Med. a* sepulchris ('uel . . cris') *Angl. Bamb. Gud. Salisb. Regin.* 126 multos timere debet *Syri sententiae*, *Vincentius Bellouacensis* IV 136 (cf. *Seneca de mor.* 61) 127 esse omnes omni in tempore *Bamb. Par. a* *Borb. Palat.* esse omni in tempore omnes *Gud.* omnes omni tempore, *sup. add. esse, Salisb.* 129 consistentes *Palat.* agere, *sup. egre, Gud.* nictu] nec *Med. a b*, et puncto posito sub *c* *Angl. Med. c* et *Bamb. Gud. Salisb. Palat. Par. b* *Borb.*, *Schneidevinus Mus. phil.* II 638 nec me *Janus* citius *Janus* citius quam ascendas *Par. a* *Salisb. Med. c* *Borb.* citius quam descendas *Bamb. Gud. Palat. Regin. Montp.* citius quam ascendas *Schneidevinus* decidas *Angl. Bamb. Med. a b c* *Regin. Gud. m. pr.*, *Thuan. Gro-*

130 Cecidi égo, cadet qui séquitur: laus est pública.

V (10)

. in autumño, ubi caúrus per terrám decidua fólia
pandit.

VI

amór tuus

Tám cito crescít quam porrus, tám quam palma fir-
miter.

VII

delénimenta

135 'Ad amorem deléramenta, uenéficia autem bénéficia
Súnt.

VIII (9)

'Incípio adulescénturire et néscio quid nugárum facere.

IX (11)

. . . . quae nám mens, quae deléritas
Vos súbolitoris fécit cum cano eúgio

sunt' e. q. s. V Nonius 100, 9 'decidua, quae cadant, ut occi-
dua, quae occidant. Laberius: in altum non' e. q. s. VI Fronto Epist.
II 9 p. 54 ed. Rom. (47 Nieb.) 'et quod ait Laberius de amore, suo modo
καὶ ἐπὶ ἰδίᾳ μουσῆ, — amor tuus' e. q. s. 'hoc igitur ego ad de-
siderium uerto, quod ille de amore ait.' VII Fronto Epist. in M. Cae-
sarem lib. I 6 p. 14 ed. Rom. (45 Nieb.) 'uerum est profecto, quod ait
noster Laberius, ad amorem iniciendum delenimenta esse dele-
ramenta, beneficia autem ueneficia.' VIII Nonius 74, 15
'adulescenturire. Laberius: incipio' e. q. s. IX Nonius 490,
20 'delelritas, delelratio' (ita W in mg., Leid. Bamb.) 'Laberius:

nouii decides Gud. m. alt. Par. a Palat. Borb. cades Schraderus, Sa-
nadonus, Schneidewinus 130 laus quid sibi uelit, recte explicauit
Turnebus Adu. XVIII 2 lex Cannegieterus et Piersonus in Add. Burm.
II 738, tuctur Senecae controu. praef. I p. 66 loco H. Meyerus An-
thol. Lat. p. 23 131 in autumno Bothius in altum non libri plerique
sin alium non Leid. ubi caput a foliis decidua libri: de cauro cf.
Plin. N. H. II 47, 124 et Lucretius VI 135 133 tam firme quam
palma Fronto, in quibus fime cod. 134 sq. Laberii uerba, quae in
directa oratione Fronto laudauit, in numeros redegi 135 deliramenta
reponendum suadere non audent Buttmanus deliberamenta cod.
137 incipiunt Bothius 2 138 delelritas Bamb. Leid. W in mg. de-
lelritas ceteri 139 subolitores Bothius subpolitoris libri suppilatores
Aldina facit libri

140 Puéllitari?

X (6)

uxórem tuam ét meam

Nouércam a populo cónsectari lápidibus

Videó.

XI (7)

. frustrámur inridémur

XII (8)

145 Láuite item hillam! cócus si lumbum adússit, caede-
túr flagris.

XIII

Plinius N. H. IX 17, 28 'postea praecipuam' (inter pisces) 'auctoritatem fuisse lupo et asellis Nepos Cornelius et Laberius poëta mimorum tradidere. Luporum laudatissimi qui appellantur lanati a candore mollitiaque carnis. Asellorum duo genera, callariae minores et bacchi qui non nisi in alto capiuntur, ideo praelati prioribus; at in lupis in amne capti praeferuntur.'

XIV (5)

'Aliqua parte praenúlserat

XV (12)

. cóicior in fullónicam

quae nam' e. q. s. X Priscianus VIII 4 p. 791 P. (I 371 K.) 'Laberius: uxorem' e. q. s. 'consectari passine posuit *διώκεσθαι*.' XI Priscianus VIII 4 p. 793 P. (I 372 K.) 'frustratus *ματαιωθείς*. Laberius: f. i.' XII Nonius 122, 10 'hillas intestina ueteres esse dixerunt; unde Bohilla, oppidum in Italia, quod eo bos intestina uulnere trahens aduenerit. Laberius: labit' e. q. s. XIV Diomedes p. 369 P. 'uello uelli et uulsi, sed melius uelli... Laberius: aliqua p. p.' XV sq. Gellius XVI 7, 5 eis quae ad XVII transcripsimus haec subicit:

140 uellitari *ed. pr.* uelitari *ed.* 1480 puellitariet *Scaliger in Priap.* 139 *interpretans κλειτοριάζειν* 142 lapidibus consecrari *libri* uxorém tuam Et meám nouercam consecrari lapidibus A populo uideo *Bothius* 144 inidemur (*corr. m. alt.*) *Bong.* irridemur *ceteri* 145 labit *libri* lambit *ante Mercerum* lauit *Rothius* item] atem *Leid.* An autem? illam *Leid.* fragilis ceditur *Leid.* flagris caeditur *ceteri*

XVI (12)

Quid próperas? ecquid praécurris Calidóniam?

XVII (1. 12)

Gellius XVI 7, 1 'Laberius in mimis, quos scriptitavit, oppido quam uerba finxit praelicenter. Nam et mendicimonium dicit et moechimonium et adulterionem adulteritatemque pro adulterio, et depudicavit pro stuprauit et abluuium pro diluuio . . . et elutriare lintea et lauandaria dicit, quae ad lauandum sint data.' Cf. Cophinus II

XVIII

Gellius XVII 2, 21 'nunc arrabo in sordidis uerbis haberi coeptus ac multo uidetur sordidius arra, quamquam arra quoque ueteres saepe dixerint, et compluriens Laberius.'

XIX

Fronto de orat. p. 240 ed. Rom. (123 Nieb.) 'neque ignoro' (Senecam) 'copiosum sententiis et redundantem hominem esse: uerum sententias eius tolutares uideo, quamquam quadripedo concito cursu, tenere nusquam, pugnare nusquam: maiestatem studere: ut Laberius dictabolaria, immo dicteria potius eum quam dicta continere.'

XX (13)

Tertullianus de pallio 1 'nam et arietem non quem Laberius reciprocicornem et lanicutem et testitrahum,' (testitrahum uet. ed. et cod. Salm.) 'sed trabes machina est, quae muros frangere militat' e. q. s. Vnde Salmasius uersum fecit hunc:

Recipróicornis lánicus testitrahus

Graece: ἀνακαμψικέρατος ἐριόθριξ ὀρχεισύρος.

'et coicior inquit in f. et [XVI].' XVII elutriare Paris. elutriare (e eras.) Reg. labandaria Paris. Lugd. labandria Petau. Thu. Germ. Magl. Reg. labrandria Voss. lauandria vulgo

148 ecquid *Petau.* & qd *Germ.* quid *Voss.* *Paris.* *Thu.* *Magl.* *Lugd.*
Reg. pcurris *Lugd.* caldonia libri: *Atalantam intellegi puto*

XXI

Tertullianus Apolog. 48 'age iam, si qui philosophus affirmet, ut ait Laberius, de sententia Pythagorae hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere, et in eam opinionem omnia argumenta eloquii uirtute distorserit, nonne consensum mouebit et fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi? propterea persuasum quis hoc habeat, ne forte bubulam de aliquo proauo suo obsonet.' Cf. Cancer

XXII

Nonius 493, 19 'dextrabus pro dexteris. Laberius in Odissia: deque manibus dextrabus.' Aut Liuius cum Bentino scribendum aut lacuna statuenda huius modi: 'Laberius . . . Liuius in Odissia' e. q. s.

XXIII (3)

Charisius I p. 64 P. (46 L.) 'sobrius, quod nomen comparari non debet. Neque enim sobrior neque sobrisimus dici potest, quamuis Laberius sobrior dixerit.'

XXIV (2)

Charisius I p. 61 P. (44 L.) 'aluum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Caluus . . . et Aelius Cinna . . . et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebrauit.'

XXV (4)

Charisius II p. 187 P. (124 L.) 'obiter diuus Hadrianus sermonum primo quaerit an Latinum sit: quamquam, inquit, apud Laberium haec uox esse dicatur, et cum' ('etiam'? 'tamen' Niebuhrius) 'Scaurus Latinum esse neget.' ('negat' Nieb.)

XXVI

Cicero ad Fam. VII 11 (Trebatio) 'sed heus tu, quid agis? ecquid fit? uideo enim te iam iocari per literas . . . si cito te rettuleris, sermo nullus erit; si diutius frustra afueris, non modo Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. Mira enim persona induci potest Britannici iure consulti. Haec ego non

rideo, quamuis tu rideas; sed de re seuerissima tecum, ut soleo, iocor.' Cogitant interpretes alii de Valerio iuris consulto, alii de Valerio Catullo, alii de actore scenico, quem tamen iam mortuum esse Cicero de orat. III 23, 86 innuit: quisquis fuit, uel fabulas Atellanas uel mimos scripsisse uidetur.

P. PVBLILIVS LOCHIVS SYRVS

MVRMVRCO

Céllas seruorúm conuerri

PVTATORES

Progrédere et ne quis látibuletur, próspice.

EX INCERTIS FABVLIS

I

Luxúriæ rictu Mártilis marcent moénia.

Tuó palato cláuis pauo páscitur

P. Publilius Lochius Syrus. Id enim nomen esse euicit Silligius ex Plin. N. H. XXXV 17, 58 Murmurco: Thesaur. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 362 'murmureones, murmuratores mugissores mussitatores.' Gloss. Vat. l. l. VI 534 'myrmidones, dolosi.' Priscianus X 8 p. 900 P. (I 502 K.) 'uerro enim secundum Seruium uersi facit, secundum Charisium autem uerri, quod et usus comprobat... Publius in Murmunthone: cellas s. c.' (muro munthone Halb. Grut. Barb., om. Sang. muro muynthone Bong. meiuromunthones Bamb. murmurithone Reg. murmunthone Zwicc. a Moro mentone uel Murrhiuone uel *Μορρομοθωνι* proposuit Ritschelius Parerg. I 197, cogitauit ipse olim de Muto Mutuno uel Muro Mutuni uel Murco mutone)

Putatores Nonius 133, 7 'latibulet et latibuletur pro lateat. Neuius Erotopaegnon ... Publilili putatoribus: progredere' e. q. s. (Publilinus, Publium Syrum intellegeus, Silligius l. l. Publius Bothius Turpilii Junius. Nihil decernit Ritschelius Parerg. I 196, sed de Turpilio, ut qui Graeca tantum nomina fabulis suis praeposuerit, cogitari nullo modo potest)

Ex inc. fab. I Petronius 55 'rogo, inquit' (Trimalchio) 'magister,

2 prospice *D. Heinsius in exemplo Hermanniano, Silligius* perspicie *libri* 3 luxuria rictu tuetur *H. Meyerus Anthol. Lat. p. 23* luxuria uictu *Heinsius Aduers. III 11 p. 483* luxuria et uictu *Auratus* luxurie uicta *Richardus* luxurie altrita *Orellius poett. uett. Lat. carm. sentent. I 283* 4 clausus tuetur *Antonius* exclusus *H. Stephanus in mg.,*

- 5 Plumáto amictus aúreo Babylónico,
 Gallína tibi Numídica, tibi gallús spado:
 Cícónia etiám gráta peregrina hóspita
 Pietáticultrix grácilipes crotalístria
 Auis, éxul hiemis, títulus tepidi témporis
 10 Nequítae nidum in cácabo fecit tuo.
 Quo márgarita cára tribaca 'Indica?

* * *

- An út matrona ornáta phaleris pélagiis
 Tollát pedes indómíta in strato extráneo?
 Smarágdum ad quam rem uíridem, pretiosúm uitrum?
 15 Quo Cárchedonios óptas ignes kípideos
 Nisi út scintilles? próbitas est carbúnculus.
 Aequum ést induere núptam uentum téxtilem,
 Palám prostare núdam in nebula línea?

II

- Quid érgo parti in uéntre sarabarás tuas
 20 Suspénderat?

quid putes inter Ciceronem et Publium inter esse? Ego alterum puto disertio-
 rem fuisse, alterum honestiorem. Quid enim his melius dici potest:
 luxuriae' e. q. s. Bernhardy hist. lit. Rom. 402 exemplum Publinae
 artis imitari magis quam exprimere uidentur hi uersus II Isidorus
 Orig. XIX 23 'sarabarrae sunt fluxa ac sinuosa uestimenta, de quibus

*Scaliger ad Catal. Virg. Sanius Barthius Ablegm. crit. 2, 18 oculus
 Heinsius oculosus Salmasius ad Tertull. de pallio 3 nascitur Scali-
 ger 5 plumate amictus auleo Barthius auro Tragur.*
 7 Graia Scaliger peregrino Barthius 8 crotalístria Turnebus Adu.
 VIII 18 e tota listria libri choralístria Junius Animadu. VI 15
 10 tuo Heinsius meo libri 11 margaritae bacca tricata Indicae
 Heinsius l. l. margarita cara unibacca Indica idem ad Claudiani Epithal.
 Honorii 165 m. c. tibi, bacca Indica Scaliger e codd. duobus m. c. tri-
 bacca ac Antonius Post hunc uersum quaedam excidisse puto
 12 patagiis alii 13 sirato 'uett. exempl. duo' 14 rem
 Auratus rei antea 15 portas malit Heinsius 16 scintillet libri
 plerique scintillent Sambuc. scintilles Heinsius 18 linea cod. Sca-
 ligeranus lunae in mg. ex uetere cod. 19 ut quid libri Parthi in
 uentre tuo Gu. a in uentre tuo Parthi ceteri saraballa Zitt.
 suas Gu. a b c, om. ceteri 20 suspenderunt libri

III

Cuius potest accidere quod cuiquám potest.

IV

Aliénum est omne, quicquid optando éuenit.

legitur in Daniele ... et Publius: ut quid' e. q. s. III Seneca de tranquill. animi 11, 8 'Publius tragicis comicisque uehementior ingenis quotiens mimicas ineptias et uerba ad summam cauean spectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum sipario fortiora et hoc ait: cuius' e. q. s. Idem ad Marciam de consol. 9, 4 'egregium uersum et dignum qui non e populo exiret: cuius' e. q. s. ('dignum qui non e populo eriet' Mediol. A Berol. Guelf. m. pr. 'dignam que non e populo heri et' Palat. 2 'dignum qui. e populo erit et' Palat. c 'dignum qui non e p. erit et' Colon. 'd. quando est populo erit et' Palat. d 'd. audiui qui non e p. heri et' quidam codd. Pinc. et nisi quod 'auditu' Gryphisw. 'd. audiui qui non' Guelf. m. alt. 'd. audiui quod' Vratisl. 'd. audiui. Quod' (Quid m. alt.) 'e populo' Mediol. D 'd. qui non e populo!' cod. Jur. 'd. audi qui non in populo periret' Lipsius 'd. audi qui non e Publio exiret' idem postea 'dignum qui e Publio exierit' Fickertus: alii aliter) IV Seneca Epist. 8, 9 'quam multi poëtae dicunt, quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda! non attingam tragicos nec togatas nostras. habent enim hae quoque aliquid seneritatis et sunt inter comoedias ac tragoedias mediae. quantum disertissimorum uersuum inter mimos iacet. quam multa Publii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt! Vnum uersum eius, qui ad philosophiam pertinet et ad hanc partem, quae modo fuit in manibus, referam quo negat fortuita in nostro habenda: alienum' e. q. s. 'Hunc uersum a te dici non paulo melius, sed adstrictius memini: Non est tuum, fortuna quod fecit tuum. Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo: dari bonum quod potuit, auferri potest. Hoc non inputo in solum de tuo tibi.'

21 cunctis ... cuiquam *cod. Frising. sententiarum* 22 uenit
Bentleius

P. SYRI QVAE FERVENTVR SENTENTIAE

I

Ab alio expectes, alteri quod feceris.*

ab amante lacrimis redimas iracundiam.*

In criticis adnotationibus usus sum siglis his:

- f = cod. Frisingensis
 β = cod. Basileensis, qualem in Phaedri sui a. 1831 appendice
 edidit I. Casp. Orellius
 t = cod. Turicensis editus ab eodem
 γ = Gryphiswaldensis editus a Reinholdo a. 1838
 B = Bothius
 b = idem Orellianae editionis in *Annal. Heidelberg. a. 1827*
 censor
 E = Erasmus
 F = G. Fabricius
 G = Gruterus
 g = Godofredus
 h = Henricus Stephanus
 O = I. Conr. Orellius
 P = ed. Patauina a. 1769
 S = Scaliger

Praeterea quibus in textu singula carmina distinguerem rationes secutus sum has. Literis maioribus expressa certo aliquo antiqui scriptoris testimonio nituntur. Asterisco superne notata apud Bentleium reperiuntur. Quibus ubi litera G in margine adposita est, desunt in antiquioribus Erasmi Fabricii Scaligeri editionibus, sed leguntur apud Gruterum: quibus nihil adnotatur, praeter illos Basileensis quoque codicis (in ea certe parte, quae eo servatur, i. e. a versu primo usque ad 262 et a 502 ad 625) auctoritate confirmantur. Siglo t* notata etiam in Turicensi reperiuntur. Asteriscus in margine positus coniunctam Erasmi Scaligeri Fabricii Gruteri et, ubi extat, Basileensis libri auctoritatem testatur: eorum unus deficiens parenthesis, uelut (E) notatur, accedens autem Turicensis sic: *t. Quibus nihil additum est, soli Grutero debentur: adpositae singulae singulos, binae binos testes adiungunt: ita ut S Scaligerum, β Basileensem, γ Gryphiswaldensem, Sβ Basileensem cum Scaligero consociatum significet.

1 *Seneca epist. 94, 43: cf. inc. inc. fab. LXIX. Inscriptio in Gruteri Thesaurō p. 928 n. 9: VT · PERFERANTVR · SI · QVA · SVNT · AD · INFEROS || DATE · TERRAE · FRVTVM · VT · TERRA · POSSIT · REDDERE || AB · ALIO · SPERES · ALTERO · QVOD · FECERIS* ab alio expectes βγ, *Vincentius Bello-uacensis spec. doctr. IV 67, Bentleius e codd.* ab alio speres *Inscriptio, O* ab alio spectes *Gruteri 'aliquot membranae'* ab alio expecta *Vincentius 132, Wallerus Burley* ab altero expecta *B* quod alteri *Vincentius 67, Wallerus Burley* altero *Inscriptio 2 Vincentius Bello-uacensis V 88. Cf. Terentii Eun. I 1, 22 sq.* redimes f

- absentem laedit, cum ébrio qui litigat.*
 ad calamitatem quilibet rumor ualet.*
- 5 ad paenitentium prosperat, cito qui iudicat.*
 ad tristem partem strenua est suspitio.*
aegre reprendas quod sinas consuescere.*
 aes debitorem leue, graue inimicum facit. S
- aliena nobis, nostra plus aliis placent.***
- 10 alienum aes homini ingenuo acerba est seruitus.*
 amans iratus multa mentitur sibi.*
 amans ita ut fax agitando ardescit magis.* G
 amans quid cupiat scit, quid sapiat non uidet.*
 amans quod suspicatur, uigilans somniat.*
- 15 amanti ius iurandum poenam non habet.
 amare et sapere uix deo conceditur.*
 amare iuueni fructus est, crimen seni.*
 amens parentem, si aequus est: si aliter, feras.*
 amicitiae unicum est fides coagulum.
- 20 amici mores noueris, non oderis.

3 absentem] semetipsum *cod. Reginae Vaticanus (Bibl. de l'école des chartes II 117)* qui cum ebrio *Vincentius Bellouacensis IV 157*

4 rumor ualet β rumor non ualet γ 5 Cf. 492 6 est om.
 β 7 Cf. 92. S. Hieronymus *epist. ad Laet. CVII (I 679 Vall.)* 'legi quondam in scholis puer: aegre reprehendas quod sinis e.' reprehendas *Bentleius* reprehendas *Gruterus*, apud ceteros uersus non extat 8 Cf. *Seneca epist. 19, 12* 'cum quidam quo plus debent, magis oderint: leue aes alienum debitorem facit, graue inimicum.' 9 *Sic e Saluiano de gubern. dei I 10* ('ut ille ait, aliena' e. q. s.) *Patuini et Bentleius* alienum n. nostrum p. a. placet libri alienum nobis nostro plus placabis *Vincentius Bellouacensis IV 119* 10 *Menandri Monost. 514 τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ* alienum aes β S alienum f aliena gh ^{est} seruitus β seruitus est γ acerbum est omnis homini ingenuo seruitus F 11 in amore semper mendax iracundia est * aliter etiam β 12 ita ut *Palatinae membranae* sicut f magis ardescit f 14 uigilans somniat dormiens γ 16 Cf. 107 uix a deo f $\beta\gamma$, *Vincentius Bellouacensis IV 109* 17 iuuenem γ 18 est *superscr. β* 19 Ita B. a. coagulum unicum est fides G 20 *Porphyrus ad Hor. Serm. I 3, 32* 'hic ergo colligit amicorum uitia si leuia sint, ferenda esse, secundum illud quod praecipitur per prouerbium: amici mores noueris, non ode-

- amici uitia si feras, faciás tua.*
amicum an nomen hábeas, aperit cálamitas.
amissum quod nescitur, non amittitur.*
amor ánimi arbitrio súmitur, non pónitur.*
25 amor éxtorqueri nón pote, elabi pote.*
amóris uulnus ídem sanat, qui facit.*
amór misceri cúm timore nón potest.* S
amor út lacrima oculis óratur, in pectús cadit.
animó dolenti nil oportet créder.*
30 animo imperabit sápiens, stultus séruiet.
animó uirum pudícae, non oculo éligunt.
animús uereri qui scit, scit tuto ingredi.*
anús cum ludit, mórti deliciás facit.*
apérte mala cum est múlter, tum demum ést bona.*
35 auáro quid mali óptes nisi 'uiuát diu'??*
auárum facile cápías, ubi non sis ítem.*
auárus animus nullo satiatúr lucro.*

ris.' *Menandri Monost.* 535 φίλων τρόπους γίνωσκε, μὴ μίσει δ' ὄλωσ' et 742 amici uitia libri *Gruteriani* mores amici B 21 si, *superscr.* nisi, β nisi aliter ubi *Vincentius Bellouacensis V* 89 ne-
cesse est faciás β facies B facis ceteri 22 nomen] hostem f

23 Cf. *Seneca epist.* 4, 6 'nullius autem rei facilius amissio est, quam quae desiderari amissa non potest.' amissum *T. Faber, Bentleius* dimissum libri 24 animi arbitrio amor SG 25 potest sed elabi potest f, *Vincentius Bellouacensis IV* 109 VI 14 potest.

sed elabi potest β potest elabi potest gh pote sed elabi potest γ
26 Altera manu additus in β idem est qui facit *cod. Trin.* sanat idem qui facit *Bentleius* idem qui sanat facit ante eum, β idem qui facit sanat γ 27 Cf. *Seneca Med.* 416 'amor timere neminem uerus potest.' 29 Altera manu add. in β *Vincentius Bellouacensis IV* 112 auaro dolenti γ dolenti uel querenti auaro *Reinholdus* nil oportet credi β, unde credier *Casp. Orellius* nihil o. credere ceteri 31 animo uirum pudica mulier éligit, non oculis

Walterus Burley 32 tuto *Eg, alii libri Gruteri* apta β tuta Gf aggredi *Eg* 33 *Vincentius Bellouacensis V* 10 et 14 34 aperte mala cum est. tum demum est mulier bona β aperta mala quando est m. tunc demum erit bona *Vincentius Bellouacensis V* 10 35 nisi *cod. Caianus* ut libri aliquot *Gruteri* nisi ut ceteri uiuas *Bentleius* 36 cupias γ sit γ ítem B ídem libri 37 *Seneca epist.* 94, 43: cf. *inc. inc. fab. LXVIII. Addidit e suis codd. Bentleius*

- auarus ipse miseriae causa est suae.
 auarus nisi cum moritur, nil recte facit.*
 40 audendo uirtus crescit, tardando timor. S
 audium esse oportet neminem, minime senem.
 aut amat aut odit mulier, nihil est tertium.*
 auxilia humilia firma consensus facit.*
 Bene cogitata si excedunt, non occidunt.*
 45 bene dormit, qui non sentit quam male dormiat.*
 beneficia donari aut mali aut stulti putant.
 beneficia plura recipit, qui scit reddere.*
 beneficii numquam, cito dati obliuiscere.
 beneficium accipere libertatem est uendere.*
 50 **beneficium dando accepit, qui digno dedit.***
 beneficium dare qui nescit, iniuste petit.*
 beneficium dignis ubi das, omnes obligas.*

39 nihil β ^{um} recte β rectum S 40 *Vtitur Walterus Burley*
 41 neminem, minime G neminime *Palat.* neminem nisi f Cf. *Cice-*
ronis Cat. mai. 18, 66 42 *Vincentius Bellouacensis V* 10 testium
 f 43 auxilia infirma firma T. *Faber* confessus β 44 sic
 excedunt f 47 *Menandri Monost.* 317 λαβὼν ἀπόδος, ἀνθρωπε, καὶ
 λήψη πάλιν multa recipit γ plura accepit S plurima accipit
Vincentius Bellouacensis IV 53 48 *Menandri Monost.* 749 χάριν
 λαβὼν μέμνησο καὶ δοῦς ἐπιλάθου *Seneca de mor.* 67 'benefi-
 cii accepti numquam oportet obliuisci, dati protinus.' Cf. *idem de*
benef. II 11, 2 accepti numquam susp. O 49 libertatem est
 uendere β , *Bentleius* lib. uendere est *antea* est libertatem uendere *Vin-*
centius Bellouacensis IV 53 50 *Gellius XVII* 14 'Publius mimos
 scriptitauit . . . huius Publii sententiae feruntur pleraeque lepide et ad
 communem sermonum usum commendatissimae, ex quibus sunt istae
 singulis uersibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere
 [282 50 158 104 91 174 187 175 519 522 496 342 326 357].' *Macrobius*
Sat. II 7, 10 'Publii autem sententiae feruntur lepidae et ad communem
 usum admodomatissimae, ex quibus has fere memini singulis uersi-
 bus circumscriptas [50 158 104 91 174 187 175 519 326 357 522 496 342].'
Ioannes Saresberiensis Policr. VIII 14 'redit iterum Publ. Clodius, ut
 ipsius pauca subiciam' e. q. s. 'ait ergo: beneficium' e. q. s. dando
 accipit f accepit dando *Saresberiensis* Probo beneficium qui dat,
 ex parte accipit *aliter* Quicquid bono concedis, das partem tibi *aliter*
 51 dare qui g, *Bentleius* qui dare libri, *Vincentius Bellouacensis*
IV 46 52 ubi das, omnes obligas *Egy* omnes obliges β ubi des,
 omnes obliges *Bentleius tacite*

- beneficium qui dedisse se dicit, petit.*
 beneficium saepe dare docere est reddere.*
 55 bene perdis gaudium, ubi dolor pariter perit.* G
 bene perdit nummos, iudici quos dat, nocens.*
 bene uixit is, qui potuit cum uoluit mori.* G
 bene uulgo audire est alterum patrimonium.* *
 benignus etiam dandi causam cogitat.* *
 60 bis est mori alterius arbitrio mori.*
 bis gratum est, quo dato opus est, ultro si offeras.*
 bis interimitur, qui suis armis perit.*
 bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.*
 bis uincit, qui se uincit in uictoria.*
 65 blanditia, non imperio fit dulcis Venus.* (β)
 bona comparat praesidia misericordia.*
 bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.*
 bona mors est omnis, uitae quae extinguit mala.* (β)
 bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.*

53 Cf. *Seneca de benef. II 11. 2* se dedisse qui dicit *Eg* qui se dedisse dicit *Vincentius Bellouacensis IV 52* 54 dare *om. γ*
 est docere *Vincentius Bellouacensis IV 46* 55 perdas *Sartorius*
 56 iudici quos *ex Leid. Bentleyus* iudici cum *antea, β* iudicium qui
f 57 Satis est beatus, qui potest, cum uult, mori *aliter* 58 uulgo
om. f alterum p. est *f* Honestus rumor alterum est p. *aliter*,
etiam β Probo bona fama maxima est hereditas *aliter* Bona opinio hominum
 tutior pecunia est *aliter, β* (bona hominum opinio tutior est p.
Vincentius Bellouacensis V 67) *καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν*
θέλει Menandri Monost. 285 59 et *Vincentius Bellouacensis IV 46*
 causam dandi *B* excogitat *Fg* 60 Ita cum *Bothio*
Ritschelius Sched. crit. 16 bis emori est alterius arbitrio mori *FS, et*
(nisi quod emori bis) G, item M. Gudius in Phaedr. I 6, Bentleyus e
codd. suis bis enim mori e. a. a. m. *gfβγ* 61 gratum est *e*
codd. suis Bentleyus, Vincentius Bellouacensis IV 46 est gratum
antea, β quod libri dato *Bentleyus, om. libri* ultro si *Egh,*
Bentleyus si ultro *fβγ* sed *Vincentius 63 Cf. Seneca Troad. 291*
 qui non uetat peccare, cum possit, iubet. peccato *f, Vincentius*
Bellouacensis IV 106 168 V 8 bonus animus numquam erranti ob-
 sequium accommodat *aliter, β* 64 qui se in uictoria uincit *f, Vin-*
centius Bellouacensis IV 77 66 Cf. 513 bona praesidia com-
 parat *Vincentius Bellouacensis IV 67* 68 omnis *Bentleyus, om. cod.*
Trin. animi Cottonian. homini ceteri libri (bona homini mors est *G*)
 uitae] animi *aliter 69 Menandri Monost. 428 οἷς μὲν δίδωσιν,*

- 70 bonarum rerum consuetudo est pessima.*
 bona turpitudine est, quae periculum iudicat.
 boni est uiri etiam in morte nullum fallere.
 bonitatis uerba imitari maior malitia est.*
 bono iustitiae proxima est severitas. * (β)
- 75 bonorum crimen est officiosus miser.*
 bonum est fugienda aspicere in alieno malo.*
 bonum suppremitur, at nequaquam extinguitur.
 bonus animus laesus grauius multo irascitur. * (β)
 breue amans est ipsa memoria iracundiae. * (E)
- 80 breuis ipsa uita est, sed malis fit longior.* G
 Caeci sunt oculi, cum animus alias res agit.* t
 caret periculo, qui etiam cum est tutus, cauet.* St
 casta ad uirum matrona parendo imperat.*
 casus quem saepe transit, aliquando inuenit.* S
- 85 caue amicum credas, nisi si quem probaueris.
 caue quicquam incipias, quod paeniteat postea.

ὁὶς δ' ἀφαιρεῖται τύχη ut non alicui mala f ut non sit mala alicui γ

70 est pessima *Bentleius* pessima est β, *antea, Vincentius Bellouacensis V 43* rerum bonarum consuetudo est optima *F ex ms.*

71 turpido β iudicat f 72 *Martinus Dumiciensis de form. hon. uitae*
 2, 6 73 *Cf.* 278 283 305 319 *Menandri Monosl.* 352 μισῶ πονηρόν,
 χρηστόν ὅταν εἴπῃ λόγον. maior malitia g h S β malitia maior G

bona uerba mercari maior est malitia *Vincentius Bellouacensis IV 129*

74 est om. γ 76 aspicere fugienda β *Vincentius Bellouacensis IV*
 27 ex prouerbiis sapientum . . . bonum est in alieno malo fugienda
 aspicere 77 bonum suppremitur b bonum quod est si premitur

ms. Gruteri bonum quod est. suppremitur. nunquam extinguitur β
 b. quidem suppremitur f b. quidem opprimitur γ b. si premitur B b.
 tametsi suppremitur Eg at nequaquam B nequaquam, om. at, libri,
 nisi quod nunquam, *superscr.* nequaquam, β sed nequaquam b nequam
 S numquam *Tzschuckius* non Eg 78 *Cf.* 175 multo grauius fh
 inultus grauius *Vincentius Bellouacensis IV 133* 79 breue amans
 est ipsa P breue^s men^s ipsa est β breue amans ipsa uel breuis
 amans ipsa *codd. Gruteri* breuis mens ipsa est fgS breuissima esto
 G ex *coni.* breue uenenum ipsa est *coni. Casp. Orellius* memoratio
 iracundiae uel memorata iracundia *codd. Gruteri* 80 *Cf.* 353

81 caeci sunt oculi aliis quando rebus attentis sunt animi t 82 caret
 reprobis periculis qui tutus in prosperis cautus est t metuendum semper
 est ei quod tutum uelis aliter 85 nisi si B nisi ceteri 86 Ita B

- cicatrix consciéntiae pro uulnere est.
 citiús uenit periculum, cum contémnitur. *
- cito ignominia fit superbi glória.*
- 90 cito inproborum laéta ad perniciém cadunt. *
- comés facundus in uia pro uéhiculo est.*** * t
- consuéta uitia férimus, non repréndimus.* (E)
- contrá felicem uix deus uirés habet.
- contra impudentem stúlta est nimia ingénuitas.* G
- 95 cotidie damnátur, qui sempér timet.* t*
- cotidie est detérior posteriór dies.*
- crimén relinquit uitae, qui mortem áppetit.*
- crudélem medicum intémperans aegér facit.*
- crudélis est in re áduersa obiurgátio.* t*
- 100 crudélis lacrimis páscitur, non frángitur.* G
- cui nólis saepe irásci, irascaris semel.* G
- cui núsquam domus est, sine sepulcro est mórtuus.*
- cui omnés bene dicunt, póssidet populí bona.* St
- cui plús licet quam pár est, plus uult quám licet.***

caue ne quicquid incipias quod post poeniteat *f* caue ne quidquam incipias quod post poeniteat *ceteri* 87 Cf. *Plutarchi de tranq.* 19 ἢ σύνεσις . . . ὅλον ἔλκος ἐν σαρκί, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν αἰμάσσοσαν αἰεὶ καὶ νύσσουσαν ἐναπολέπει 88 euenit *Vincentius Bellouacensis IV 27* 89 fit ignominia *Vincentius IV 122*

90 *Vincentius Bellouacensis IV 159* 91 *Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (cf. 50)* facundus comes *Salisb. Med. a Macrobi* in uia pueculo (*in mg.* uehiculo) est *γ* pro uehiculo est in uia *t* 92 Cf. 7 ferimus non reprehendimus *libri plerique, etiam Bentleiani, nisi quod* reprehendimus *β* ferri non reprehendimus *f* ferimus nisi reprehendimus *g* ferimus, uoua reprehendimus *Bentleius* 95 cotidie morte mulcatur qui cum timore conscientiae suae uersatur *t* 96 Cf. *Seneca Hippol.* 776 'horaque Semper praeterita deterior subit' ^{dies} fides *β* quotidie e. d. dies posterior *f* 97 Cf. *Senecae Controu.* 8, 4 'nescio cuius criminis sibi conscius confugit ad mortem.' 98 aeger *om.* *fβ* intemperanti *Vincentius Bellouacensis IV 155* 99 Cf. 111 534 in re aduersa est *Pβ* subiurgatio seba uel saeua *t* 102 cui nusquam *h* cui numquam *E* exsuli ubi nusquam *fβ* exul ubi nusquam *γ* exul is cui nusquam *G*, *etiam Bentleius* mortuus est *β* 103 bene dicent *t* intendunt *Walterus Burley* populi (populorum *t*) possidet bona *tS* 104 *Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Po-*

- 105 cui sémper dederis, úbi negas, rapere imperas.*
 cuius dolori rémedium est patiéntia.*
 cum amés, non sapias, aut cum sapias, nón ames.
 cum dás auaro praémium, ut noceát rogas.
 cum inimíco nemo in grátiam tutó redit.* t*
- 110 cum uítia prosunt, péccat qui recté facit.*
 Damnáre est obiurgáre, cum auxilio ést opus.*
 damnáti lingua uócem habet, uim nón habet.
 damnum áppellandum est cúm mala famá lucrum.*
 deliberando discitur sapiéntia. S
- 115 deliberando saepe perit occasio.* G
 deliberandum est diú, quod statuendum ést semel.*
 deliberare utilia mora tutíssima est. *
 deméns est, quisquis praestat errori fidem. S
 deós ridere crédo cum felix uocat.
- 120 despícere oportet, quíddid possis pérdere.*
desúnt inopiae paúca, auaritiaé ómnia.*

licr. VIII 14 (cf. 50) licet aut (*del. licet*) *Med. a Macrobií* plusquam uultquam *Reg. Lugd. Gellí* 105 saepe *g* nisi negas *γ* neges ... imperes *Pβ* 106 cuius *Vincentius Bellouacensis IV 79 et 112* patientia remedium est *idem* 112 107 *Cf. 16* 108 noceas *f* 109 cum minuto *γ* cito redit *gh* ingratiuitu reuertitur *t* 111 *Cf. 99* damna ne obiurgare *f* dampnare obiurgare *β* 112 damnati *G* damnat *f* damnat quae *P ex coní.* 113 *Menandri Monost. 6 ἅπαν τὸ κέρδος ἄδικον ὃν φέρει βλάβην et 301 κέρδος πονηρὸν ζημίαν αἰεὶ φέρει et 586* est appellandum *Vincentius Bellouacensis V 67* 114 discitur *P ex coní.* dicitur *f* mora omnis odio est, sed facit sapientiam *aliter, Vincentius Bellouacensis IV 94* 116 diu *om. β* saepe *f* quicquid *fβγ* semel *om. γ* diu deliberandum, statuendum est semel *B. Hinc sumpta uidentur M. Hauptio Phil. III 378* diu deliberata cito facito *Walteri Burley, quae diu deliberata perficias cito idem correxit* 117 est tutissima *β* 119 ridere *Palat. reddere f rideri B* uocat *G* uocet *f* fouet *Palat.* 120 aspícere *Trin. Sidn. βγh* quíddid possis perdere *Bentleius e Trin. et Sidn.* quid possis perdere *f* quod possis . . perdere *β* quod potes perdere *γ* quod (quae *h*) possis deperdere *ante Bentleium* aspícere oportet, quíddid nolís perdere *aliter G* 121 *Seneca Controu. III 18* usus colore est et *Publiam sententiam dixit: abdicaciones, inquit, suas ueneno diluit. Et iterum mortem, inquit, meam effudi. Memini nos, cum loqueretur de hoc genere sententiarum, quo iam infecta erant adolescentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quasi iam ille*

- diés quod donat, tímeas: cito raptúm uenit.*
 difficilem oportet aúrem habere ad crimina.*
 discipulus est prióris posteriór dies.*
- 125 discórdia fit cárior concórdia.*
det *f* turba deridet *Vincentius Bellouacensis IV 83* turba te derideat *B*

- núlla tam bona ést fortuna, dé qua nil possis queri.* (β)
 núsquam melius mórimur homines, quam úbi libenter
 uíximus.* (β)
 'Obiurgari in cálamitate gráuius est quam cálamitas.* t
 535 ómnes uitam diferentes mórs incerta praéuenit.
 ómnibus uis ésse notus? ípse noris néminem.
 óptime positum ést beneficium, ubi éius meminit qui
 áccipit.
 óptimum est sequi maiores, récte si praecésserint.
 Quánto seriús peccatur, tánto incipitur túrpius.* G
 540 quói quid uindicándum est, omnis óptima ei occásio est.
 Saépe dissimuláre satíus quám uel ulcisci fuit.* S
 sine dolore est uúlnus, quod feréndum cum uictóriast.
 Thésaurum in sepúlculo ponit, qui senem heredém fa-
 cit.* G
 tólerabilior poéna haud posse quám nescire úuere.
 545 'Vbi sis cum tuís, etsi absis, pátriam non desíderes.

II

MINVS PROBATAE

Adúlter est uxóris amator ácrior.

S

- 532 est om. *Vincentius Bellouacensis V 126* qua nihil, om. de,
 idem 533 Cf. 130 nunquam . . . uiuimus B 534 Cf. 99 111
 obiurgari f, *Bentleius* obiurgare G1 535 *Seneca de moribus 10*
 'multos uitam diferentes mors incerta praeuenit: itaque omnis dies
 uelut ultimus iudicandus est.' 536 Ita B uis omnibus esse notus?
 noris neminem *uulgo, nisi quod* uis omnibus esse notus? prius effice ut
 neminem noueris *cum Seneca de mor. 37 et Vincentio Bellouacensi V 69*
P: sed omnibus uis esse notus, neminem ipse noueris G *in notis post.*
 537 Cf. 458 538 Ita G optimum est maiorum uestigia sequi, si
 recte p. f, *Vincentius Bellouacensis V 37* 539 turpius incipitur f
 540 cui quid G *quicquid antea* omnis G, om. *antea* ei om.
uulgo illi T. Faber 541 satius quam uel ulcisci *Bentleius* quam uel
 ulcisci satius *antea* satius uitia quam ulcisci *coni. B* 542 uulnus
 quod ferendum est cum uictoria *uulgo* quod ferendum est uulnus c. u.
 B 544 *Menandri Monost. 296* *καεῖτρον τὸ μὴ ζῆν ἔστιν ἢ ζῆν ἀθ-*
λίως (conl. Philem. 209 et 193) poena est non posse f 545 et
 absis patriam desideres f et absis patria, eam d. G et absis, patriam
 non d. O cur. sec. ut absis, patriam non d. B
 546 Cf. *Seneca de const. sap. 7. 4* 'si quis cum uxore sua tanquam

	altérius damnū gáudium haud faciás tuum.*	S
	amicis eó magís dees quo nihil habes.	S
	amicitia pares aut accipit aut facit.	S
550	amicitia semper prodest, amor et nocet.	S
	amicum laedere né ioco quidém licet.	S
	amicum perdere ést damnorum máximum.	S
	amóri finem témpus, non animús facit.	S
	amor ótiosae caúsa est sollicitúdinis.	*(E)
555	a móрте semper hómīnes tantundem ábsumus.	S
	animus aeger turpe praebet spectaculum.	
	annósus non diú uixit, diú fuit.	
	ars nón ea est, quae ad éffectum casú uenit.	S
	astute crines dum celantur, aetas indicatur.	*
560	auárum irritat, nón satiat pecúnia.	S
	auárus damno pótius quam sapiéns dolet.	*

aliena concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non sit.⁷

adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior
Sexti Pythagorici sent. a Rufino Latine conuers. 222 laudata eius nomine (sed om. omnis impudicus) a Vincentio Bellouacensi IV 98, item VI 7: cf. Orelli opusc. Gracc. sent. I 590 sq. 547 Cf. 281: damnauit Ritschelii sched. crit. 16 548 Cf. 383 eo non dees magis B nihil] minus T. Faber 550 Seneca epist. 35, 1 'amicitia semper prodest, amor etiam aliquando nocet.' 552 Seneca epist. 99, 3 'quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses.' 553 Cf. 25 554 otiosae causa sollicitudinis est y

otiosae causa^{ost} sollicitudinis β otiosae cura est s. g causa est otiosae s. *Vincentius Bellouacensis IV 109 otioso causa s. Zvingerus otiosae causa s. uulgo 555 Seneca epist. 30, 17 'non mortem timeamus, sed cogitationem mortis. ab ipsa enim semper tantundem absumus.' 556 turpe spectaculum praebet animus aeger Seneca de mor. 89 turpe praebet spectaculum aeger animus Vincentius Bellouacensis IV 107 turpe e codd. g turbae ceteri 557 Seneca de breu. uitae 7, 10 'non est itaque quod quemquam propter canos aut rugas putes diu uixisse: non ille diu uixit, sed diu fuit.' 558 Seneca epist. 29, 3 'non est ars, si quae ad effectum casu ueniunt.'*

casu ad effectum B 559 *Ita libri plerique astuta canos dum celantur, aetas indicat e cod. aliquo g astu canos dum celant, aetas indicat uel astute dum celatur, se aetas indicat e con. idem astute dum celatur, aetas se indicat uel astu erimen celatur, aetas indicat (ita h) E aestate cinaedum celat. aetas indicat β aetas cinaedum celat, aetas indicat S 560 Cf. 37 561 Altera manu add. in β potius quam fama con. Casp. Orellius ignominia sapiens uel potius*

	Bona imperante animó fiet pecúnia.	β
	bona quae ueniunt, nisi sústineantur, ópprimunt.	*(E)
	bonis nocet, quisquis pepercit malis.	*(β)
565	bonum ád uirum cito móritur iracúndia.*	
	bonum ést etiam bona uérba inimicis réddere.	
	Cauéndi nulla est dímittenda occásio.	*
	ciuilis belli obliuio defénsio est.	S
	cogás amantem irásci, amari sí uelis.	
570	conscientiae potius quam famaé attenderis.	
	considera quid dicas, non quid cógites.	S
	consílio melius uíneas quam iracúndia.	*
	consílium inueniunt múlti, sed docti éxplicant.	
	contémni grauius sápiénti ést quam pércuti.	*
575	crudélis ést, non fórtis, qui infántem necat.*	G
	Dammum nisi ex abundántia raro uenit.	S
	dediscere flere féminam ést mendácium.*	
	de inimíco ne loquáris male, sed cógites.	*t

quam sanna *coni. G* 562 bona imperanti pecunia est *f* bona in parente. anima est pecunia β 563 uehunt *B* nisi sustineantur, cadunt (uadunt β) ut opprimant $\beta \gamma P$ *Elegantius scribas*: bona si quae ueniunt, nisi sustineas, opprimunt. 564 bonis nocet qui malis parit γ , *Seneca de mor. 114* quicumque malis pepercit *coni. b* 565 apud *gh* 566 reddere bona uerba etiam inimicis *g* bonum est bona etiam uerba i. r. *b* 569 *Cf. Terent. Andria III 3, 23* amatam *b* amare *uulgo* sciueris *b* 570 conscientiam magis quam famam attende *Walterus Burley*, unde magis quam famam attende conscientiam *M. Hauptius Phil. III 377* plerique famam, pauci conscientiam uerentur *g* plurimi famam, pauci uerentur conscientiam *Vincentius Bellouacensis V 67* famam curant multi, pauci conscientiam *aliter* 573 consiliis iuuenum multi se docti explicant *f*, *corr. G* 574 *Salomonis prouerb. 10, 8* urit increpatio prudentem magis quam si percutias stolidum centies. contemni grauius sapienti est quam β, B contemni grauius est stultitiae quam *S* contempni est grauius quam stultitia γ contempni est grauius quam stulle β contemni est leuius quam stultitia *gh* contemni grauius sapientiae est quam *G* c. leuius stultitiae est quam *idem aliter* 576 *Walterus Burley utitur* 577 *Cf. 299* didicere *S*, *Bentleius* fere β feminam est *Eg* femina est *f* feminae est $\beta \gamma$ feminae in *S*, *Bentleius* 578 non β sed] si *E* de inimico penitus ne loquaris *t* de inimico ne dixeris malum *Vincentius Bellouacensis IV 169*

	difficile reciduntur, qui nobiscum creuerint.	γ
550	discūte quod audis ómne, quod credás proba. dolor ánimi grauior ést quam corporis dolor. Eodem ánimo beneficiúm debetur quó datur. et calamitas uirtútis est occasio.	S S
585	etiám bonum saepius obest adsuéscere. etiam sanato uulnere cicatrix manet. ex lite multa grátia fit formósior. ex praémi spe labóris fit solátium. Facilius crescit quam inchoatur dignitas. falsúm maledictum máleuolum mendácium est.	S S S *
590	felicitas nutrix est iracúndiae. ferás quod laedit, út et id quod prodést feras. ficta cito ad naturam reciderint suam.* fortúna dat multa úsu, mancipió nihil. fortúna ius in hómínis mores nón habet.	S * (β) S S
595	fortúna magna mágna domino est séruitus. frequéns uindicta paúcorum odium réprimit.	S S

579 Fortasse: difficiliter reciduntur quae n. c. 580 Menandri Monost. 566 ἀκούει πάντων, ἐλέγον δ' ἃ συμφέρει. audis Tzschuckius
audias uulgo, etiam Wallerus Burley, qui deinde: et proba quod credas

581 Menandri Monost. 75 βέλτιόν ἐστι σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν
corporis, om. dolor, P dolor animi nimio grauior est quam corporis
B 582 debetur eodem uel eodem debetur beneficium animo b
583 Seneca de proud. 4, 6 'calamitas uirtutis occasio est.' 584
Cf. 70 bono susp. G saepe est adsuoscere Palat. 586 Cf.
125 multo con. O amantum susp. G 587 ex spe praemii solatium fit laboris P et spes praemii solatium est laboris γ spes praemii laboris est solatium S 588 Seneca epist. 101, 2 'facilius enim crescit dignitas quam incipit.' 589 maliuolum β 590 felicitas iracundiam nutrit γ, Seneca de ira II 21, 7 est nutrix B 591 ut quod f β, Vincentius Bellouacensis IV 82 perferas g 592 ficta cito in naturam suam recidunt Seneca de clem. I 1, 6 cito ad naturam ficta reciderint suam praecunte T. Fabro Benleius 593 Seneca epist. 72, 7 'nihil dat fortuna mancipio.' Contulit Koechlyus cum inscriptione Albana (Or. 4806: uide Anthol. Lat. coroll. epigr. scr. Ritschelii p. V et XIII): fortuna spondet multa, praestat nemini. dat multa usu B, Ritschelii usu dat multa uulgo 594 Seneca epist. 36, 6 'in mores fortuna ius non habet.' 595 Seneca ad Polyb. de consol. 6, 5 'magna seruitus est magna fortuna.' 596 Seneca de clem. I 8, 6 'quia frequens uindicta paucorum odium

	frustrá rogatur, qui misereri nón potest.	*
	Gloriosum est iram amici amicitiam dare.	γ
	grauióra quaedam sũnt periculis rémedia.*	S
600	grauis animi poena est, quẽm post factum paenitet.	* t
	grauis animus dubiam nón habet sententiam.	*
	grauissima est probi hóm̄inis iracúndia.	* t
	Habẽnt locum maledicti crebrae nũptiae.	*
	heu consúntia animi grauis est séruitus!	
605	homo semper in se aliud fert, in alterum aliud cogitat.	*
	Ignis probat aurum, míseriae fortẽm probant.	
	ignóscere hominum est, tibi pudet eni ignóscitur.	S
	impérium habere uis magnum? imperá tibi.	
	in amóre forma plús ualet quam auctóritas.	
610	in amóre semper caúsa damni quaeritur.	
	infirmi animi est non pósse diuitiás pati.	
	ingénuitas non récipit contuméliam.	* t
	ingénuitatem laedis, cum indignũm rogas.	* t

reprimi, omnium iritat.' 598 amicitiae *Reinholdus. Fortasse:*
iram inimici amicitiam dare, i. e. reddere 599 *Senecae Medea*
433 'remedia toliens inuenit nobis deus Periculis peiora.' periculis
remedia *Bentleius* remedia periculis *uulgo* 600 *Cf.* 321 467

anima β facti S β g. a. poena est proximumque ad inno-
centiam locum tenet uerecunda peccati confessio *Vincentius Belloua-*
censis V 22 grauis poena est poenitenti. cui post factum cruciantur
animi t imprudens peccat quem post facti poenitet (peccauit quem
facti p. f) aliter 601 *Vincentius Bellouacensis IV* 86 602 *Cf.*
78 probi] sibi *Vincentius Bellouacensis IV* 133 tarde si gra-
uius uir irascitur. et perbieax uleiscitur t 604 heu quam animi
consúntia grauis est seruitus G haec consúntia animi grauior est
seruitute f heu quam consúntia animi grauis est seruitus O 605
Ita f homo semper aliud fert in se, in alterum aliud cogitat *lectio ue-*
tusta apud G homo semper aliud fuerit in alterum. aliud cogitat β
homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud cogitat E homo
semper in os fert aliud, aliud cogitat S 606 *Seneca de prouid.* 5,
10 'ignis aurum probat, miseria fortes uiros.' Item, nisi quod fortis
uires, γ 607 hominum est ubi S hominum est nisi f β humanum
ubi *Egh* cui om. f eum B 608 *Seneca epist.* 113, 30 'impe-
rare sibi maximum imperium est. uis habere honorem? do tibi
imperium (dabo tibi magnum imperium P): impera tibi *Vincentius*
Bellouacensis IV 125, P 611 *Seneca epist.* 5, 6 'infirmi animi est
pati non posse diuitias.' 612 recipit] fert t 613 laedas cum i.

- inimici ad animum nullo conueniunt preces.
 615 inimico extincto exitium lacrimae non habent.
 iniuriam facilius facias quam feras.
 in misero facile fit potens iniuria.
 intellige equae sint, ut et bene agas bona. S
 iratus nil non criminis loquitur loco.
 620 ius omne super omnem positum est iniuriam.
 Lapsus semel fit culpa si iterum cecideris.
 late lucere ignis ut nihil urat potest.
 legem solet obliuisci iracundia.
 lingua est maliloquax mentis indicium malae. S
 625 lucrum sine damno alterius fieri non potest. *t
 Mage ualet qui nescit, calamitas quid ualet.
 magnam fortunam magnus etiam animus decet.
 magnum crimen secum adfert indignatio.
 mala est uoluptas alienis aduescere. *
 630 mala mors necessitatis contumelia est.
 malam rem cum uelis, honestatem improbes.
 malus animus in secreto peius cogitat.

roges *P* laedit qui i. rogat *Vincentius Bellouacensis IV* 51 laedis cum dignum roges β honestatem laedes cum pro indigno intercedis *t*, in quibus laedis et interuenis *corr. M. Hauptius Philol. I* 665
 618 intellige quae sint bona ut bene agas *Sexti Pythagorici sent. a Rufino Latine conuers. 49* 620 *Cf. Seneca cont. acc. sap. 8, 1* 'iniuria autem non potest fieri nisi iniuste, ergo sapienti iniuria non potest fieri.' ius omnem supra iniuriam positum scias *P* ius omne positum est omnem super iniuriam *B* 622 ut urat nihil ignis *B* 623 *Cf. 254* Ita *G* legem solet obliuiscier iracundia *uulgo* l. obliuisci solita est iracundia *B* 624 mentis indicium malae *B* indicium mentis malae *antea* lingua maliloqua indicium est mentis malae *Sexti Pythagorici sent. 74: cf. Orelli Opusc. Graec. sent. I* 581
 625 *Vincentius Bellouacensis IV* 146. *Seneca de ira II* 8, 2 'nulli nisi ex alterius iniuria questus est.' *Cf. 69* *Damnauit hunc uersum Rutschelius sched. crit. 19* 627 *Seneca de clem. I* 5, 5 'magnam fortunam magnus animus decet.' etiam animus decet *G* animus decet, *om.* etiam, *g* animus condecet *B* 628 magna est cum crimen adfert i. *B* 629 *Seneca de benef. VII* 21, 2 'poenas a se exigens improbae cupiditatis, ne alicno aduesceret.' uoluntas *fy* alienis aduescere *P* ad alienum consuescere *uulgo* 630 *Seneca epist. 70, 20 de bestiaro, qui ante spectaculum mortem turpi modo sibi contraxerat, narrans: 'hoc fuit morti contumeliam facere.'*

- malus bonum ad se núnquam consiliúm refert.
 malus étsi obesse nón pote, tamen cógitat.
- 635 malus qui cumque in poéna est, praesidium ést bonis.
 mansuéta tutióra sunt, sed séruiunt.
 meretrix est instruméntum contumélie.
 metúm respicere nón solet quidquid iuuat.
 misér dici bonus uir, esse nón potest. S
- 640 miséricors ciuis pátriae est consolátio.
 miseri ést nescire sine periclo uiuere.
 misérrimum est arbitrio alterius uiuere.
 miserum te iudico, quod numquam fueris miser.
 mora cógitatiónis diligéntia est.
- 645 mori ést felicis, ántequam mortem inuocet.
 multa ánte, tempus, quám uirum inueniás bonum.
 multa ignoscendo fit potens poténtior.
 munéribus, non lacrimis meretrix est miséricors.
 mutát se bonitas irritata iniúria.
- 650 Necéssitas ab hómine quae uult impetrat.
 necéssitas egéntem mendacém facit.
 necéssitas quod célat, frustra quaéritur.
 necéssitatis ést remedium párcitas. S

634 etiam si obesse non potest, tamen *P* etsi o. non potest, tam *susp.*
B 635 *Cf.* 430 637 instrumentum est *P* 639 *Seneca de prouid.*
 3, 1 'ne unquam boni uiri miserearis: potest enim miser dici, non potest
 esse.' miser esse bonus uir non potest, dici potest *B* 640 *Cf.*
 375 377 641 miseriam nescire est *aliter*, unde miseriam nescire
 propriam est *g* 642 alterius arbitrio *P* 643 *Seneca de prouid.*
 4, 3 'miserum te iudico quod numquam fuisti miser.' te dico
 fueris quod numquam *b* dico illum qui fuit numquam *B* 644 dif-
 fidentia *susp. G* 645 *Seneca ad Marc. de consol.* 20, 1 (mors) 'de
 nullis melius merita quam de eis ad quos uenit antequam inuocare-
 tur.' feliciter *γ*, *libri quidam Erasmi* inuocens *γ* 646 multo
susp. O ante tempus *uulgo* ante in tempus *B* 647 *Cf.* 221 238
 430 *sq.* 648 *Creticum dimetrum dicit Spengelius in Caecil. p. 7*
 muneribus meretrix tangitur, non lacrimis *B* 649 irritata *S* cum
 irritatur *f* cum irrites *Egh* 650 *sq. Quintilianus Declam. XII*
p. 212 Obr. 'fames aspera uititalia haurit . . . haec ad humile opus
 nobiles manus mittit, haec alienis pedibus mendicantes prosternit,
 haec saepe sociorum fidem fregit, haec uenena populis publice dedit,
 haec in parricidium pios egit.' 653 parcitas est remedium *B*

	nemo ita pauper uiuit, quam pauper natus est.	
655	nemó qui coepit ex se, risum praebuit.*	G
	nil aliud scit necessitas quam uincere.	
	nil eripit Fortuna, nisi quod et dedit.*	S
	nil non aut lenit aut domat diuturnitas.	S
	nil posse quemquam, mortuum hoc est uiuere.	S
660	nil turpe ducas pro salutis remedio.	t
	nil turpius quam uiuere incipiens senex.*	S
	nimum est in morte boni, si nil siet mali.	
	nocere casus non solet constantiae.	
	noli contemnere ea quae summos subleuant.	
665	non est bonitas esse meliorem pessimo.	S
	non est pusillum, si quid maximo est minus.	S
	non facile de innocente crimen fingitur.	
	non quam multis placeas, sed qualibus stude.	
	non uincitur, sed uincit qui cedit suis.	
670	nulla hominum maior poena est quam infelicitas.	
	nulli impones, quod ipse ferre non queas.	S

654 *Seneca de proud.* 6, 6 'nemo tam pauper uiuit, quam natus est.' nemo tam pauper uixit quam natus fuit *B* 655 *Seneca de const. sap.* 17, 2 'nemo risum praebuit qui cepit ex se.'

656 *Cf.* 306 308 311 657 *Seneca de const. sap.* 5, 4 'nil eripit fortuna nisi quod dedit.' 659 quidquam *susp.* *O* nihil posse, hoc est mortuum uiuere *Walterus Burley* 660 *Cf.* 71

turpe *G* ip̄e *f* turpius *t* tempora *P* ex *coni.* ducas] dicas. quod fit *t* 661 *Seneca epist.* 23, 10 'male uiuunt, qui semper uiuere incipiunt ... quidam uero tunc incipiunt, cum desinendum est.'

662 *Cf. Enni trag. rel.* 354 nimum *G* nimirum *f* cum nil siet *P* cum nihil sit *f* si nil inest *G* nimum boni est in morte, si nil sit mali *B* 663 *Cf.* 337 665 *Seneca epist.* 79, 11 'nec enim bonitas est pessimis esse meliorem.'

666 *Seneca epist.* 100, 9 'non statim pusillum est, si quid maximo minus est.' 668 *Seneca de mor.* 8 *Martinus de form. hon. uil.* 2, 11 'nec quam multis, sed qualibus placeas cogita.'

ne tu quam multis, sed quibus placeas uide *B* uide *praeunte G* nunquam quam multis placeas, sed quibus stude *F* ex *ms.* 669 *Calpurnius Flaccus Decl.* 21 'cede fratri, cede uel patri. uictor eris, mihi crede, si cesseris.'

670 nulla est maior homini poena quam necessitas inopia *t*, unde nulla hominum maior poenast quam necessitas *M. Hauptius Phil.* I 665 671 nulli impones quod ipse non possis pati *S* nulli tu i. ipse quod ferre haud queas *B* nulli imponas quod ipse facere non poteris *Walterus Burley*

- nullo in loco male aúdit misericórdia.
 nullúu sine auctorámento est magnúm malum. S
 nullum putaueris esse locum sine teste.
 675 nullús sapientum próditori crédidit.
 numquám non miser est, qui quod timeat cógitat.
 numquám satis est quod improbae spei datur. S
 Odia multorum sub uultu, multorum sub osculo latent.
 omne uitium semper habet patrociniúm suum.
 680 omnis dies uelut últimus ordinándus est.
 omnis uoluptas quem cumque arrisit, nocet.
 Pacém cum hominibus, béllum cum uitíis habe.
 paruó fames constát, magno fastídium.
 patiéns et fortis se ípsum felicém facit.
 685 patria sua est, ubi eúmque uixeris bene.
 peccátum amici ueluti tuum recté putes.
 pecuniae imperare oportet, non seruire.
 perfácile felix quód uota imperánt facit.
 pericla qui audet, ánte uincit quam áccipit.* G
 690 per quae sis tutus, illa semper cógitas.

673 *Seneca epist.* 69, 4^t 'nullum sine auctoramento malum est.'
 674 *Ita f* nullum putaueris locum esse sine teste *γ*, *Vincentius Bellouacensis V* 35 *et*, *om.* esse, *Seneca de mor.* 79 n. sine teste locum esse putaueris *Vincentius IV* 92 *et* 170 n. sine teste putaueris suo locum *G* n. sine teste suo locum putaueris *B* 675 *Cicero in Ferr.* I 15, 38^t 'nemo unquam sapiens proditori credendum putauit.' 677 nunquam est satis, spei improbae quicquid datur *B* 678 *Ita f* odia alia sub uultu, alia sub osculo latent *G* odia alia in osculo, alia sub nullo l. uel multa sub nullo latuerint odia, multa in osculo *B* multorum odia sub oculo latent, omnia tamen pendentur, non dico si cecideris, sed si titubaueris *Vincentius Bellouacensis IV* 135
 679 *Seneca epist.* 116, 2^t 'nullum est uitium sine patrocinió.' uitium omne semper habet p. s. *B* 680 *Seneca epist.* 12, 8^t 'itaque sic ordinandus est dies omnis tamquam cogat agmen.' *Cf. ad* 535 uelut postrema est ordinanda omnis dies *B* o. d. uelut ultimus putandus est *F ex ms.* 681 quaecumque *susp.* *O* 682 *Ita B* pacem habebis cum hominibus, cum uitíis bellum *Seneca de mor.* 34 p. cum hominibus habebis, bellum cum uitíis *f* cum hominibus pacem, bella cum uitíis habe *F ex ms.* 683 *Ita Seneca epist.* 17, 4^t 'paruo fames stat, magno stat f. *B* 686 ueluti *P* uelut *uulgo* 687 *Ita f et Seneca de mor.* 58 pecuniae imperare non seruire conuenit *F e ms.* p. oportet imperes, non seruias *G* 688 *Cf.* 93

- plérique metu peccare cessant, non innocentia.
 plus ést quam poena iniúriæ succúmbere.
 plus ést quam poena sine re miserum úuere.
 poena ád malum serpens ut proterát nenit.
- 695 poena álleuatur túnc, ubi laxatúr dolor.
 potestas in aduersis nunquam est felicitas.
 potést non esse honéstum quod non liberum est?
 prodést qui eumque obésse non nult, cúm potest.
 prope ést libens ut dámmet, qui damnát cito.
- 700 prope ést non aeque ut dámmet, qui damnát nimis.
 pulchrum est praestare cuncta, nil exigere.
 purás deus, non plénas aspíct manus. S
 Quam felix uita, quae sine negotiis transit!
 quam málus est, culpam qui suam alteriús facit!
- 705 quam miserum est eum se rénouat consumptúm malum!
 quam miserum officium est, quód successum nón habet!
 quam saépe ueniam qui negauerát, petit! S
 quamuis acerbus qui monet, nulli nocet.
 quem diligas, etiám queri de ipsó malum est.
- 710 qui aequó malis animó miscetur, ést malus.
 quidam inimici graués amici súnť leues.

691 *Ita f. Vincentius Bellouacensis IV 106* plérique metu cessant
 poena non i. γ 694 *serpentia f* ut *G* eum *f* poena ad
 malum serpendo uenit ut proterat uel malos ut poena proterat ser-
 pens uenit *B* 695 *leuatur f* 696 *potestas ull' f* *potentia*
P *patiens S* *potestatem aduersi haud habet f. B* 697 *Se-*
neca epist. 66, 16 'non potest honestum esse, quod non est libe-
 rum.' 698 *Cf. 332* 699 *sq. Seneca de clem. I 14, 3* 'prope
 enim est ut libenter damnet, qui cito: prope est ut inique puniat,
 qui nimis.' *Versus concinnaút G* 701 *omnia praestare nihil exi-*
gentem Vincentius Bellouacensis IV 50, et, nisi quod exigenti, g
praestare cuncta, eum nil exigas b nihil te exigere, praestare omnia
B 702 *Menandri Monost. 246* $\theta\nu\sigma\lambda\alpha$ $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\tau\eta$ $\tau\omega$ $\theta\epsilon\omega$ $\tau\acute{o}$ γ' $\epsilon\nu\sigma\epsilon-$
 $\beta\epsilon\iota\nu$ 703 *Horatius* 'beatus ille qui procul negotiis' *e. q. s.* uita
 exacta sine negotiis *B* 704 *Dammaút Ritscheliús sched. crit. 19*
 705 *Cf. 376* 707 *Seneca de ira II 34, 4* 'quam saepe ueniam qui
 negauit petit.' petit is qui negauerat *B* 709 *delegisti, queri*
etiam de illo B 710 *miscetur animo, ipse est B* qui aequo
 animo malis immiscetur, malus est *Seneca de mor. 75* 711 *Ita*
Palatt. Cantabr. γ quidam inimici graues sunt inimici leues *f* quidam

- quid est beneficium dare? imitari deum.
 quidquid fit cum uirtute, fit cum gloria.
 quid quisque possit, nisi temptando nesciet. S
- 715 quietissime uiuerent homines, si duo uerba tollerent:
 meum et tuum.
 qui in uero dubitat, male agit cum deliberat.
 qui ius iurandum seruat, quouis peruenit.
 qui metuit calamitatem, raro accipit.
 qui pote nocere, timetur, cum etiam non nocet.
- 720 quis pauper est? qui sibi uidetur diues.
 quis plurimum habet? is qui omnium minimum cupit.
 qui timet insidias omnis, nullas incidit. t
 qui uenit ut noceat, semper meditatus uenit.
 quod cumque sibi imperauit animus, obtinet. S
- 725 quod est timendum, decipit si negligas.
 quod facere turpe est, dicere ne honestum puta. S
 quod nescias, damnare summa est temeritas. S

graues inimici amici sunt leues B 712 *Seneca de benef. III 15, 4*
 'qui dat beneficia, deos imitatur.' *Idem de mor. 47* 'quid est dare beneficium? deum imitari.' dare] deferre B 714 *Seneca de prouid. 4, 3* 'quid quisque posset nisi temptando non didicit.' tentando G tentato antea 715 *Ita fct, nisi quod* de medio tollerentur, *Vincentius Bellouacensis IV 135 V 77, item fere Seneca de mor. 98* quieta uita iis qui meum et tollunt tuum B 716 *Cicero de off. III 8, 7* 'hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (est enim totum sceleratum et impium) qui deliberant utrum id sequantur, quod honestum esse uideant, an se scientes scelere contaminent.' 718 raro f rarius *Sartorius* is raro B 719 nocet] adest aliter: cf. 379
 720 *Ita fct, nisi quod* est pauper, *Vincentius Bellouacensis V 76* quis est pauper? qui sibi uidetur *Seneca de mor. 60* q. p. e. diues uidetur qui sibi G q. p. e. uidetur qui diues sibi uel quis pauper tibi uidetur? qui diues sibi B 721 *Cf. inc. inc. fab. LXXVI* is et omnium om. *Seneca de mor. 46 et Vincentius Bellouacensis V 76* plurimum habet is qui minimum e. *Vincentius V 77* 722 *Cf. 82 465* qui insidias plus timet. capitur minus t 723 *Cf. 73*
 724 *Seneca de ira II 12, 4* 'quod cumque sibi imperauit animus, obtinuit.' *Ita B* q. animus sibi imperauit obtinet *uulgo* animus hominis quicquid sibi imperat, obtinet S 726 *Isocrates ad Demonicum 4, 15 (p. 5 a)* ἂ ποιεῖν αἰσχρόν, τὰτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. quae *Walterus Burley* ne honestum f honestum ne G inhonestum melius *Walterus Burley* turpia ne dixeris e. q. s. *Vincen-*

- quod uitiosum est quo animo facias nihil inter est.
 Refért quam quis bene uiuat, quam diu minus.
- 730 remissio animum frángit, arcum inténsio. *β
 repelli se homines facilius quam decipi ferunt.
 res iniqueta est in se ipsam felicitas. S
 reuértere unde uéneris: nihil graue est. S
 rex ésse nolim ut ésse crudelis uelim.
- 735 rogánti melius quam imperanti páreas.
 Saepe ignoscendo dás iniuriaé locum.
 saepe óculi et aures uúlgi sunt testés mali. S
 sanctíssimum est meminísse cui te debeas.
 se dámnat iudex, innocentem qui ópprimit.
- 740 sempér metuendum quidquid irasci potest.
 sempér plus metuit ánimus ignotúm malum.
 sempér redundat ípse in auctorés timor. S
 sensús, non aetas ínuenit sapiéntiam. t
 se pósse plus irátus quam possit putat.
- 745 sero est in periculis consilium quaerere.
 si nil uelis timére, metuas ómnia.
 solaciúm grande est cum uniuerso una rapi.

tius Bellouacensis IV 170, Seneca de mor. 120 728 est uitiosum *B*
 nihil *om. B* 729 uixerit *B* quam diu non refert *G* non quam diu *B*
 730 *Plutarchus an seni sit g. r. 16 τόξον μὲν γὰρ, ὡς φασιν, ἐπιτεχνόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιμμένη* *Ita g* acuit intentio,
 frangit animum remissio *Seneca de mor. 138* arcum intensio frangit,
 animum remissio *uulgo* 731 se homo f. fert quam decipi *G* se
 homo quam decipi fert facilius *B* 732 *Seneca epist. 36, 1* res est
 inquieta felicitas: ipsa se exagitat. in sese ipsam est *B*
 733 *Seneca de tranq. an. 11, 4* reuerti unde ueneris quid graue est?
 male uiuet, quisquis nesciet bene mori (272). reuerti eo unde
 uenerit, nulli *G* 736 iniuriae dederis *B* 737 oculos et aures
 malos testes esse de sapientia Socrates dicit *f* oculos et aures uulgi
 puta malos testes esse *Walterus Burley* 739 *Cf. 247* 742 *Se-*
nenca de ira II 11, 3 quid? quod semper in auctores redundat timor?
 743 sensum . . . sapientia *t* 744 *Ita P* semper iratus plus se
 posse putat quam possit *f* *Possis etiam*: iratus plus se posse quam
 possit putat. 745 sero est consilium te in periculis quaerere *B*
 s. est consilium quaerere in periculis *b* *An*: sero in periculis est con-
 silium quaerere? 746 *Cf. 82 465 Seneca Nat. quaest. VI 2, 3* si
 uultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda. 747 *Seneca de*
prouid. 5, 8 grande solaciúm est cum uniuerso rapi. solamen *B*

- sordidius multo uiuimus quam nascimur.
 spes inopem, res auarum, mors miserum leuat.
- 750 stultitiae partem interdum habet felicitas.
 stultum est alium uelle ulcisci poenam suam.
 stultum est timere, quod uitari non potest. *
 stultum imperare reliquis, qui nescit sibi. S
 stultus superbis inuidet felicibus.
- 755 submittit se, quae se erigit felicitas.
 suspecta semper ornamenta ementibus. S
 Tacere qui nescit, nescit loqui.
 tam diu discendum est homini, quam diu nesciet.
 tormentum o dulce, aequo ubi reprimitur gaudium!
- 760 turpis inopia est, quae nascitur de gloria. S
 tutissimum est timere nil praeter deum.
 Vbi coepit pauper diuitem imitari, perit.

748 *Seneca de mor.* 19 'omnes infantes terra nudos excipit: non te pudet sordidius uiuere quam nasci?' 751 *Menandri Monost.* 152 ἐχθρὸς ἀμύμον μὴ πὶ τῇ σαντοῦ βλάβῃ uelle ulcisci alterum B 752 *Seneca de remed. fort.* 3 et *de mor.* 39 'morieris: stultum est timere quod uitare non possis.' mutari f 753 stultum est si uelit imperare aliis qui sibi nescit *cod. Reginae Vat. (Bibl. de l'école des chartes II 118)* stultum est autem ut uelit quis imperare aliis, cum sibi ipsi imperare non possit *Walterus Burley* 755 *Euang. Matth.* 23, 12 ὅστις δὲ ὑψώσεται ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. infelicitatem erige, submitte felicitatem *Seneca de mor.* 62 submittet . . . eriget B 756 *Seneca epist.* 80, 9 'itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt.' 757 *Ausonius scpt. sap.* 2, 1 'loqui ignorabit, qui tacere nesciet.' *Ita cum libris Vincentius Bellouacensis IV 170 V 29 et* (loqui nescit) *IV 92* qui nescit tacere, nescit et loqui *Seneca de mor.* 132 tacere quisquis nescit, hic nescit loqui *P e rom.* l. nescit idem qui nescit l. G l. qui nescibit, nescibit l. B

758 *Seneca epist.* 76, 3 'tam diu discendum est quam diu nescias.'

759 tormentum o dulce ubi aequo reprimitur gaudium *uulgo* o dulce tormentum aequo ubi reprimitur g. f tormentum est, dulce acerbo ubi premitur gaudium g tormento dulce aequum, ubi reprimitur g. b tormentum est dulce, ubi aequo premitur g. B 760 mala est inopia quae nascitur ex copia *Turic. unde* malast inopia, ex copia quae nascitur *M. Hauptius Phil. I 665* turpis est inopia quae de gloria nascitur *Walterus Burley* turpe est, quae inopia nascitur de gloria B: an turpist quae inopia? 761 tutissimum est timere nil B tutissima res est nihil timere P, *Vincentius Bellouacensis IV 74* tutissima res timere nihil *uulgo* 762 *Phaedrus I 24, 1* 'inops po-

- ubi cümque pudor est, sémper ibi sancta ést fides.
 ubi fáta peccant, hóminum consilia éxcidunt.
- 765 ubi innocens formídat, damnat iúdicem. .
 ubi timetur, nil quod timetur nascitur. t
 uerbum ómne refert in quam partem intéllegas.
 uerúm cur non audímus? quia non dicimus.
 uiri boni est nescíre facere iniúriam.
- 770 uirtúti amorem némo honeste dénecat.
 uirtúti melius quám fortunae créditur.
 uirúm bonum natúra, non ordó facit.
 uitium prius fuit assentatio, nunc est mos. S
 uix quisquam transit in bonum nisi éx malo.
- 775 ulcéra animi sanánda magis quam córporis.
 nnús dies poenam ádfert, multi cógitant.
 uolúptas e difficili data dulcíssima est.

- Cóntumeliám non fortis póte nec ingenuús pati. * β t
 cúius mortem amíci expectant, uitam ciues óderunt. * β
- 780 'Esse necesse est uitia minima máximorum máxima.
 est beneficium eo carere quod inuitus possideas.
 Félix est non qui uidetur ésse aliis, sed qui sibi.

tentem dum uult imitari, perit.' diuitem pauper *f* 765 *Cf.* 739

766 *Cf.* 746 ubi nihil timetur, quod timeatur nascitur *t*, *B*

768 *Seneca epist.* 29, 1 'audire uerum timet, a quo periculo iam abest. nulli enim nisi audituro dicendum est.' uerum non dicimus nec audimus *P* 769 uiri boni est scire pati nec scire facere iniuriam *Walterus Burley* uiri boni est pati, non facere iniuriam *F ex ms.* 773 *Ita, nisi quod nunc est amor, f* uitium prius fuit obseruatio, nunc mos est *g* uitium fuit, nunc mos est assentatio *S* 774 *Seneca de clem.* I 6, 4 'ad innocentiam tamen peccando peruenit.' *Idem epist.* 50, 7 'ad neminem ante bona mens uenit quam mala.'

uix quisquam in bonum nisi ex malo transit *P* 776 quam multi *f* 777 *Cf.* 441 778 *Seneca controu.* III *praef.* 'Albucius non tulit contumeliam ... homo summae probitatis, qui nec facere iniuriam nec pati sciret.' *Ita f et teste G 'libri quidam', h S* e. nec fortis potest nec ingenuus pati (egenus ferre *f*) β *t* e. nec facere fortis potest nec ingenuus pati 'membr. al.' teste *G* e. nec ingenuus fert nec fortis facit *G* e. nec fortis fert neque ingenuus facit *B* e. nec facere potest nec ingenuus pati *b* 779 mortem expectant ciues uitam *g*

oderint *B* 780 necesse est minima esse maximorum uitia *f*, 'schedae' *Gruteri* 781 beneficium est γ 782 *Seneca de remed.*

Heu quam miserum est discere seruire, ubi dominari
doctus es! β

‘Inter amicos iudicatur quam inimicos molestius.

785 ipsae amicos res optimae pariunt, aduersae probant.*

Neminem cito accusaueris, neminem cito laudaueris.

nescit is nocere, qui nocere uelle perdidit.

ne uirtutibus multis abundat, qui alienas amat.

ni gradus seruetur, nulli tutus est summus locus.

790 nil rationis est, ubi res semel in affectum uenit.

non aliter uiues in solitudine, aliter in foro.

non est pusilla domus quae multos recipit amicos.* B

nullus est tantus quaestus quam quod habeas parcere. S

‘Odio oportet ut peccandi, non metu facias bonum.

795 optime positum est beneficium, ubi eius meminit qui
accipit.

fort. 16, 10^f felix est non qui aliis uidetur, sed qui sibi. 783 ubi non sis doctus dominari *f* ubi sis doctus d. *P*, β nisi doctus sis d. *Vincentius Bellouacensis* *V* 43 784 inter amicos quam inimicos iudices molestius *B* *An*: modestius? 785 amicos secundae res parant, aduersae certissime probant *Seneca de mor.* 51 amicos res optimae parant, aduersae probant *Egh* amicum optimae res parant, tristes probant *coni. E* 786 *Ita fγ* neminem cito accusaueris uel laudaueris *Vincentius Bellouacensis* *IV* 92 n. c. laudaueris uel accusaueris *idem* *IV* 170 neminem laudaueris, neminem cito accusaueris *Seneca de mor.* 76 neminem nec accusaueris uel laudaueris cito *G* neminem uel accuseris uel tu laudaris cito *B* cito accuseris nec laudaris neminem *idem aliter* 787 *Cf.* 332 788 *Plinius epist. I* 17, 4^f scias ipsum plurimis uirtutibus abundare, qui alienas sic amat. *Atque ita fere* (scias cum multis abundare uirtutibus in se qui alienas amat) *Vincentius Bellouacensis* *IV* 130 *Cf. Fleckeisenus Philol. II* 70 uirtutibus ille abundat multis *B* 791 non uiues aliter in solitudine, aliter in foro *Seneca de mor.* 32 non uiuas aliter *e. g. s. f* non in solitudine aliter uiues, aliter in *f. B* 792 *Ita f et, nisi quod* nulla pusilla, *γ* nulla pusilla domus, quae multos amicos capit *Seneca de mor.* 136 nulla quae multos amicos recipit, angusta est domus *uulgo, etiam Bentleius: poterant saltem* pausilla est domus *seruare* 793 *Ita, nisi quod* arcere, *f* nullus est tantus *q.* quam eo quod habes parcere *g* non est alius tanti *q.* quam quod habeas *p. B* 794 *Ita B* odio *o.* ut bonum peccandi non metu facias *f* odio *o.* ut peccandi facias, non metu bonum *uulgo* odium igitur oportet peccandi terricula, non metum facias *Vincentius Bellouacensis* *IV* 106 795 *Cf.* 458 ubi meminit qui accipit *fP* ubi qui accepit meminerit *B*

Pecunia si uti scias, ancilla est: si nescis, domina.
 plerique ubi aliis maledicunt, faciunt conuitium sibi.
 principium est discordiae ex communi facere proprium.
 proximum ad innocentiam locum tenet uerecunda confessionio.

- 800 Quém bono tenére non potúeris, contineás malo.
 quidquid est plus quám necesse, póssidentes déprimit.
 quíd refert quantum hábeas? multo illúd plus est quod
 nón habes. S

Regibus peius est multo quam ipsis seruientibus.
 res optima est non extirpare sceleratos, sed scelera.

- 805 ridiculum est odió nocentis pèrdere innocéntiam. *
 Saépius locútum, numquam mé tacuisse paénitet.
 sémper uocis ét silenti tēperamentúm tene.

796 est pecunia ancilla, uti si scis, si nescis, domina est *coni. G*
 pecunia est ancilla si scis uti, si nescis, hera *B* 797 plerique
 cum stultis male dicunt, ipsi sibi conuiciam faciunt *g P, Vincentius*
Bellouacensis IV 172 multi cum aliis maledicunt, sibi ipsis conuicia
 faciunt *Seneca de mor. 115* perturpe est enim quod obicitur in
 obiciente cognosci *add. f* 798 principium discordiae est aliquid
 ex communi proprium (suum *Vincentius*) facere *P, Vincentius Bello-*
uacensis IV 135 ex communi proprium facere principium est discord-
 diae *B* 799 *Cf. 467* locum tenet innocentiae proximum confessio
Seneca de mor. 94 Ita *f* proximum tenet locum confessio inno-
 centiae *uulgo* 800 *Quintilianus XII 7, 3* qui ratione traduci ad
 meliora non possunt, solo metu continentur. hunc teneas *G*
 802 illud multo est plus *coni. G* quid quantum habeas refert?
 multo plus id est q. n. h. *B* 803 peius multo regibus ipsis est
 quam s. uel regibus peius multo ipsis est quam s. *coni. G* quia
 singulos isti, illi uniuersos timent *add. f* 804 Ita *f γ* res est optima
 non sceleratos extirpare (rumpere *IV 66*), sed scelera *Vincentius*
Bellouacensis IV 66 136 non sceleratos extirpari, sed scelera est
 res optima *B* 805 ridiculum est aliquem odio nocentis innocen-
 tiam perdere *Vincentius Bellouacensis IV 133 et om.* aliquem *Seneca*
de mor. 17 806 *Simonides apud Plutarchum de sanit. p. 125* ὁ Σι-
 μονίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ
 δὲ πολλάκις *conl. eodem de garrul. p. 514 F, Sympos. III prooem.,*
de educ. lib. 14 (Schneiderwinus Simonidis rel p. 113) 807 tene sem-
 per uocis et silentii temperamentum: tamen et in hoc incumbere ut li-
 bentius audias quam loquaris (*haec item Seneca de mor. 9*) *P, Vin-*
centius Bellouacensis IV 92 170 V 29 magna res est uocis et silentii
 tempora nosse *Seneca de mor. 74*.

sermo animi est imago: qualis uir, talis et oratio est. si inuitus pares, seruus es, si uolens, minister.

- 810 solitudinem quaerat, qui uult cum innocentibus uiuere. Tam crudelitas est omnibus atque nulli ignoscere. tolerabilior qui mori iubet, quam qui male uiuere. tuta saepe, numquam secura mala conscientia est. Vita hominis breuis est, itaque immortalitas est honesta mors.

III

SENTENTIAE SOLO CODICE TVRICENSI SERVATAE

- 815 Cito culpa effugiri potis est, si incurrisse paenitet. consilium in aduersis medicinae remedium prudentis est. contra hostem aut fortem oportet esse aut simplicem. contubernia illic sunt lacrimarum, quando misericors conspicit miserum. cum inimico ignoscis, amicos gratis plures compares.
- 820 cum periculo inferior quaerit, quod superior occultit. cum semet uincit sapiens, minime uincitur.

808 imago animi sermo est. Qualis uir, talis oratio *Seneca de mor. 72 sq. ó μὲν λόγος εἰδωλον τῶν ἔργων Solon apud Diog. Laert. J 58* sermo imago animi est, uir qualis, talis et est oratio *B*

809 si pares inuitus, seruus es, minister, si uolens *coni. G* 810 *Seneca de mor. 27* solitudinem ambit, qui uult uiuere cum innocentibus *coni. G* 811 tam omnibus ignoscere quam nulli est crudelitas *g* tam omnibus crudelitas est atque nulli ignoscere *B* 812 tolerabilior est qui *P* 813 *Seneca epist. 105, 8* tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum. tuta numquam, saepe secura est mala conscientia *B* 814 *Ita, nisi quod* uita omnis, *f* uita hominis breuis, ideo honesta mors est immortalitas *G* 815 effugiri, *quod habet cod., in tam dubiae auctoritatis carminibus obscure nolui* effugies *Casp. Orellius* potest si culpam poenitet incurrisse *t* si incurrisse poenitet *Casp. Orellius* 816 consilium medici remedium prudentis est *M. Hauptius Philol. I 665* 818 contubernia sunt lacrimarum ubi misericors miserum aspicit *M. Hauptius*

819 ignoscis amicos gratis complures adquis *t* ignoscis, amicos complures paris *Casp. Orellius* ignoscis, amicos gratis comparas *M. Hauptius* 820 *Ita M. Hauptius* eum periculo inferior quaerit quidquid superius occultare contendit *t, in quibus superior legi iubet Orellius*

- Satis disertust, é quo loquitur uéritas.
 satis ést superare inimícum, nimiumst pérdere.
 sine lége poenast ánimi consciéntia.
 sua qui conseruat, sálua uult commúnia.
- 845 superári a superióre pars est glóriæ.
 súpplicem hominem opprímere uirtus nó est, sed
 crudéltas.
 suspícax animus ómnium damnát fidem.
 suspítio probátis tacita iniúria est.
 Tutí sunt omnes, únus ubi defénditur.
- 850 Vbi emés aliena, uéndes aliquandó tua.
 ubi iúdicat, qui accúsat, uis, non léx ualet.
 úbi libertas cécidit, audet libere nemó loqui.
 ubi ómnes peccant, spés querellæ tóllitur.
 uirtútis omnis ímpedimentúmst timor.
- 855 uita ótiosa régnum est, et curæ minus.
 ut cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia
 caritas tenet.
 ut plures corrigantur, rite pauci eliduntur.

quoi quod alienumst perit *M. Hauptius* 841 desertus est. de quo
t, corr. Orellius 842 inimicum superare. nimium est *t, corr. M.*
Hauptius hostem superare, nimiumst *Orellius* 843 sine lege au-
 tem poena est c. *t* etiam sine lege poena est conscientia *Orellius*
 sine lege poenast sceleris conscientia *M. Hauptius* 844 seruat.
 salua uult esse communia *t, corr. M. Hauptius* seruat, suis seruat
 communia *Orellius* 848 probo homini *coni. Orellius* 849 ubi
 defenditur unus *t, corr. Orellius* 850 ubi emas aliena. inuenies ne-
 cesse est tua *t, corr. M. Hauptius* ubi emas aliena, disperdes sémper
 tua *Orellius* 851 uis, non lex ualet *Orellius* non lex ualet, sed ui-
 olentia regnat *t* 852 libertus cadit *t, corr. M. Hauptius* 854 im-
 pedimento est *t, corr. M. Hauptius* 857 rite unus perit *Orellius*

Q. LVCTATIVS CATVLLVS

LAVREOLVS

I

Iuuenalis sat. VIII 187 'Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit Iudice me dignus uera cruce.' Scholiasta 'hoc ideo quia in ipso mimo Laureolo figitur crux: unde uera cruce dignus est Lentulus, qui tanto detestabilior est, quanto melius gestum imitatus est scenicum. Hic Lentulus nobilis fuit et suscepit serui personam in agendo mimo et deprehensus in falso cruci fixus est.' Iosephus Antiq. XIX 1, 13 *μίμος εἰσάγεται, καθ' ὃν σταυροῦται ληστῶν ἡγεμῶν.*

II

Suetonius Calig. 57 'et cum in Laureolō mimo, in quo actor propripiens se ruina sanguinem uomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundauit.'

PHASMA

Iuuenalis VIII 185 'consumptis opibus uocem, Damaspippe, locasti Sipario, clamosum ageres ut phasma Catulli.' Schol. 'id est, praeco fuisti in mimo . . . nomen est mimographi, et Fasma nomen est fabulae.' Clamosum Gryсарus de mimo Rom. 21 et 66 magis propter eos, qui spectrum fugerent, quam de praeconis partibus dici putat

Catulli Laureolus I Cf. Martialis de spectac. VII 'qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nimio pectore pault auem, Nuda Caledonio sic miscera praebuit urso Non falsa pendens in cruce Laureolus' e. q. s. Tertullianus adu. Valentin. 14 'ita depulsa quo minus pergeret nec habens supernolare crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata' e. q. s. Lentulum qui et actorem et poetam huius mimi fuisse dicit Gryсарus de mimo Rom. 64 (in Comment. Acad. Vindob. XII a. 1854) parum considerauit, iam Caligula imperatore Laureolum actum fuisse. Itaque sexaginta fere annis post, cum Iuuenalis scriberet, uix poterat Lentulus minimum octogenarius uelocis serui partibus satis facere, nec ullo modo probabile est de aucto uero tempore Iuuenalis in satira uerba fecisse. 'Nobilis' autem arte potius quam genere dictus uideri Lentulus Gryсарo nunquam potuisset, si uel in proxime sequentes uersus oculi eius euagassent.

ALIVS MIMVS

Iuuenalis XIII 109 'nam cum magna malae super est audacia causae, Creditur a multis fiducia. mimum agit ille, Urbani qualem fugitiuus scurra Catulli.' Schol. 'talis est enim mimus, ubi seruus fugitiuus dominum suum trahit. Catullus mimographus fuit.' Laureolus innui uidetur Heinrichio

L E N T V L V S

CATINIENSES

Tertullianus de pallio 4 'pugil Cleomachus post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, inter cutem caesus et ultra inter fullones iam Nouianos coronandus meritoque mimographo Lentulo in Catiniensibus commemoratus.'

L E N T V L I et H O S T I L I I

Tertullianus Apolog. 15 'dispicite Lentulorum et Hostiliorum uenustates, utrum mimos an deos uestros in iocis et strophis rideatis? Moechum Anubim et masculam Lunam et Dianam flagellatam et Iouem mortui testamentum recitantem et tres Hercules famelicos irrisos.'

M A R V L L V S

INCERTI NOMINIS

. . . . tu Hectórem imitare, ab 'Ilio
Numquám recedis.

Marullus Seruius in Aen. VII 499 'perque ilia] hoc ile et haec ilia facit. Hinc et Iuuenalis: nis frater ab ipsis Ilibus? Nam quod Marullus mimographus dixit: tu' e. q. s. 'cum de guloso diceret,

Marulli uerba in numeros redegit Bothius Hectorem imitare
idem H. imitaris Seruius loco priore ut Hector idem altero loco recedis
numquam Bothius sine causa

LVCILIUS

INCERTI NOMINIS

I

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

II

Dari bonum quod potuit, auferri potest.

ANONYMI

TVTOR

Cicero de orat. II 64, 259 'non insulsum genus' (ridiculi) 'ex eo, cum ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare, ex quo uno genere totus est Tutor, mimus uetus oppido ridiculus.' Quae peruerse ita interpretatur Gryсарus l. l. 30, ut mimographum, non fabulam Tutorum dici doceat. Cf. anon. mim. IV — VI

ALIVS MIMVS

Iuuenalis VI 44 'si moechorum notissimus olim Stulta maritali iam porrigit ora capistro, Quem totiens texit perituri cista Latini.' Scholiasta 'qui totiens superueniente marito sub cista celatus est, ut in mimo.' Vxoris partes Thymelen, mariti Corinthum egisse conlegerunt ex VIII 197 'mortem sic quisquam exhorruit, ut sit Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?' Et ad eandem fabulam Gryсарus l. l. 20 cum Heinrichio putat referendum tertium locum I 35 'magni delator amici . . . quem Massa timet, quem munere palpat Carus et a trepido Thymele summissa Latino,' ubi scholiastae sane nihil eius modi

allusit ad ciuitatis nomen. Nam ab illi debuit dicere.' Idem in Ecl. 7, 26 'rumpantur ut ilia] sicut etiam in Aeneide diximus, hoc ille et haec ilia facit . . . nam Marullus mimographus contempsit artem ad iocum mouendum, et parasito dixit: tu ut Hector ab Ilio numquam recedis. Est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam.'

Lucilius Seneca epist. 8, 9 'alienum est omne, quicquid optando euenit [P. Syri inc. IV]. Hunc uersum a te dici non paulo melius sed adstrictius meminini: non est tuum' e. q. s. 'Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo: dari bonum' e. q. s. Rettulerunt inter Publil Syri sententias

suboluit, qui haec docet: 'Massa morio fuisse dicitur, et Carus nanus, Latinus uero actor mimicus. hi omnes Neronis fuerunt liberti et deliciae Augusti, sed et nequissimi delatores. Latinus autem mimus quasi conscius adulterii Messalinae, uxori Neronis, ab ipso occisus est . . . Latinus mimus Thymelen mimam summittebat ad mitigandum.' Certe mutari cum Heinrichio 'Carus ut a trepido' opus non est: nam sic quoque intellegi potest Latinus, qui uelut in mimo Thymelen suam summisit: delatorem autem etiam potentissimus delator est ut metuat uicissim.

ANONYMORVM MIMORVM RELIQVIAE

I

Cicero ad fam. IX 16 'nunc uenio ad iocationes tuas: quoniam tu secundum Oenomaum Acci non ut olim solebat Atellanam, sed ut nunc fit mimum introduxisti. Quem tu mihi † popillium, quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? Facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est: Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi magistros . . . quod si perseueras me ad matris tuae cenam reuocare, feram id quoque. Volo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quae scribis apponere aut etiam polypum Miniani Iouis similem. . . Tu uero . . . ad tyrotarichum antiquum redi . . . salis enim satis est, sannionum parum.'

II

